

# Franckesche Stiftungen zu Halle

**De Lingvæ Syriacæ Vsv In N.T.**

**Rus, Johann Reinhard**

**Jenæ, 1702**

**VD18 12349496**

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-197712](#)





57 E 8

Dec 33





819

# DE LINGVÆ SYRIACÆ VS V IN N.T.

DISPV TATIO PHILOLOGICA,

*quam*

DEO CLEMENTER ADJUVANTE,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. VVILHELMO HENRICO,

DVCE SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ, MONTIVM,

ANGARIÆ ET WESTPHALIÆ &c.

*ex*

Benevolo Superiorum Consensu,

*Publicæ Eruditorum disquisitioni,*

*PRÆSIDE*

M. JOH. REINHARD. RVSSIO,

Vsingå-Nasf.

*Submitteat*

PETR. ADRIAN. ALPHEYUS,


Dassellæ-Hildes. S. S. Th. St.

AVCTOR RESPONDENS.

A. O. R. 1702. D. II. Novembris.

---

JENÆ, Typis PAULI EHRICHI.





I. N. F.

## SECTIO PRÆLIMINARIS.

§. I.



Vanquam lingvæ Chaldæo-Syriacæ cum Theodoreto , seculi quinti Scriptore Ecclesiastico,& Scripturarum Interpretate laudatissimo; Georgio Amira Episcopo Antiocheno & montis Libani Primate, prælud.  
2. Gram. Syr; atque Myricæo, præf. Gramm. Syro-Chald. aliisque, non ausimus ultimam antiquitatem adscribere, quippe quorum argumenta, huic negotio conficiendo longè infirmiora esse, jam pridem commonstrarunt Viri in literatura Orientali undiquaque celeberrimi. In primis hic conferendi sunt Br. Walton. Apparat. ad Bibl. polyglott. Proleg. 3. §. 4. fol. 230. ff. Barth. Mayer Phil. part. 2. per tot. qui illud cum primis argumentum, quo, supra nominatus Theodoretus, Cyri in Syria Episcopus, ad quæst. 60. in Gen. quænam lingua sit antiquior? utitur, quando Resp. Δηλοῖ τὰ ὄνόματα, Αδὰμ γδ̄ οὐδὲ Καῖν οὐδὲ Αβὲλ οὐδὲ Νῶε τῆς Σύρων οἰδα γλώττης, Αδὰμτι γδ̄ τὴν ἐγνθεσὸν γῆτε ἔθθος τοῦς Σύρους καλεῖν. Nomina ipsa indicant, Adam enim & Kain & Abel & Noe propria sunt lingue Syriace; Syrorum enim mos est terram rubram appellare adamtha; prorsus invertunt, often-

A dentes

dentes haud quaquam ex Lingua Syro-Chald. sed potius  
 ex hebraica hæc talia, & alia infinita, posse deduci. Etenim  
 quæ in specie nomen Adam concernunt, ejus significatio  
 ex hebr. æque, si non magis bene, ac ex Syriaismo desumi-  
 tur, non quidem quatenus מֶרְאָב rubere, ut hæc tenus vulgo  
 creditum, sed quatenus significatione abstractivæ & formali  
*pulchrum esse* significat. Frustrà omnino Jac. Gussetius pro  
 rubendi sensu multa Scr. S. exempla adferit, ad quæ fortas-  
 sis respondebitur in conflictu. Et docuit prout per nomi-  
 natus jam jam doctissimus Gallus Jac. Gussetius in sua de  
 lingua hebr. generatim Diff. Commentariis lingvæ hebr.  
 præmissa 13. aut 14. rationibus solidissimè contra Huetium,  
 Demonstr. Evang. Prop. 4. §. 3. ss. cum hebræa nec Chalda-  
 cam nec Arabicam hocce in passu esse comparandam. Ad  
 quos quia in hac pertractanda controversia nobis nunc  
 prolixioribus esse haud licet B. L. amandamus. Hoc ta-  
 men non obstante, quemadmodum gentem Syriacam &  
 fama & vetustate Majorum suorum quondam fuisse incli-  
 tam, S. literæ passim testantur: Ita nec illius lingvæ heri  
 aut nudius tertius demum prognatam, sed sub ipsam Ba-  
 belicam lingvarum confusionem, quoad prima minimum  
 stamina & fragmenta ortam esse censemus, quicquid con-  
 tradicat Mayer l. c. cap. 6. pag. 335. seqq. Ultra hunc ve-  
 rò terminum ullius, præterquam hebræa lingvæ originem,  
 cum illis quorum hæresin commemorat Philastrius c. 56. re-  
 ferre haud sustinemus, argumento loci Gen. II. 1. ss. cuius  
 quidem verba nimis clara בָּلְהָרֶץ וְשָׁפֵךְ וְכָרִים אַחֲרֵיכֶם & erat omnis terra labii unius & verborum  
 eorundem, sequenti interpretatione isti eludere sunt conati:  
 Intelligenda ea non secundum eundem vocabulorum usum,  
 sed secundum eandem sensuum intelligentiam, quod et si  
 plura tunc fuerint lingvarum genera, omnes tamen sè in-  
 vicem intellexerint, quia gratiam habuerint Angelicam,  
 qua sine difficultate omnes simul lingvas, homines addi-  
 scere potuerint, sed in extirpatione turris Babylonicæ hanc  
 gratiam Angelicam amissam, & à Deo oblivionem immisam  
 esse,

\* (3.) \*

esse, ut homines non amplius ediscere valeant omnes, sed paucas, tres vel quatuor. Multo his rectius sentire videatur R. Salom. B. Mel. in M. J. ad h. l. qui verba **אַרְתָּה שֶׁבֶת** interpretatur per **לְשׁוֹן אֲחִיד וְהַוָּא לְשׁוֹן הַקְּרָבָה** lingvam unam que fuerit lingua sancta, i.e. hebræa. Hæc namque & cum nativa vocum significatione, & cum contextu longè rectius convenire videntur. Conferri hic poterunt quæ non adeò pridem inter Celeb. Hardtium LL. OO. in illustri Julia Prof. famigeratiss. in Ephemeridibus Philol. & has insecuris Ephemeridibus phil. illustratis, vindicias primas, secundas ac tertias comprehendentibus, nec non in philosophia facula seu Ephemerid. Phil. vindicatis; & Pl. Rever. Calvoerium in Spicilegio Mosis, Gloria Mosis, & Gloria Mosis illustrata, pluribus in utramque partem sunt disputata; item Buxt. dissertationes, prima de Lingv. hebr. orig. & antiq. secunda de lingvæ Hebrææ confusione, & plurimum lingvarum origine.

§. II. Syri unde ita appellantur, non una omnium mens est atque sententia. Nonnulli eos ita dictos volunt ab Assyria sublata per aphæresin prima vocis litera; Hujus est sententia Freinshemius in notis ad Justin. L. I. c. II. *Assyrios*, inquit, *dixere Syros*, decurrentes primam Syllabam, ut ex Hispania sit Spania; & Greg. Francus cuius in Lexic. sancto n. 34. ad voc. **רְשָׁנָה** p. 36. hæc sunt verba: *Syrorum quoque hinc fluxit nomen: quod pro Assyria nonnunquam capitur, Eustathio teste, ab Athenzo, Luciano, Egesippo, & aliis. Lucianus se Assyrium nominat, cum esset Cyrus.* Rem declarant exemplo è saeculis petito Jer. 22. 24. & 28. ubi pro eo quod alias sacerdos in Scriptura occurrit Jechonia, Conia dicitur, & ap. Plautum in Trucul. Aet. 3. Scen. 2. Conia Prænistiinis dicitur pro Ciconia. Verum hæc vocis derivatio, testimonii Scripturarum non usque quaque convenit, adeoque vera omni ex parte haud est. Primo enim notum est, quod Gen. X. 22. diversa utrique genti assignetur origo; Nam ibi Assur à quo dictos volunt Assyrios, & Aram, à quo denominatos ajunt

\* (4.) \*

Aramæos seu Syros, tanquam diversa nomina, & tanquam  
diversa utriusque gentis origo referuntur, ut unum nomen  
ab altero derivari vix possit. Deinde accedit, quod Scrip-  
tura passim inter Syros & Assyrios distinguit, e. g. 2. Reg.  
XVI. 7. ut adeo non appareat, qui convenientia inter has  
voces ratione etymologiaz inveniri queat. Rectè contra  
inquit Brian. Walt. app. bibl. proleg. 13. fol. 389. *Affyrii plane  
diversi sunt ab his, nam ab אשור sunt אשורִים Affyrii trans  
Eupratem & Tigrim, qui & primo Assures, quorum nomen omni-  
bus sub imperio Affyriorum olim erat commune.* Quibus verbis  
postremis genuinam rationem innuit, quare Syri nonnun-  
quam etiam Assyrii dicti fuerint, nempe non quia vox una  
descendit ab altera, sed quia Affyriorum tunc suberant  
imperio. Alii Syros ita dictos opinantur à monte Hermon  
Sidonitis שְׁרוּן dicto Deut. 3. 8. 9. qui teste Brocardo in  
descriptione terræ sanctæ, apud Mayerum Phil. 2. c. 1. p. II.  
ad Damascum usque excurrit, & ibidem se Libano copulat.  
Omnium commodissimè à Phoenicum Metropoli deri-  
vabitur, quam Ezech. c. 28. 13. paradisum deliciarum vocat,  
& ab opulentia insigni prædicat Jes. c. 23. 8. hinc incole illi-  
us צָרִים dicuntur, unde obvia derivatione, mutatis inter-  
se ejusdem organi literis, Syri denominantur; Inprimis  
cum וְ literam S in sui pronunciatione includat.

§. III. Syria quidem nomen, ut in Scriptura V. T.  
ita nec apud priscos Ebr. Doctores invenitur, qui ejus loco  
usurpant nomen אַרְם. Ita, loco non tantum supra §. 2.  
cit. Syros appellari videmus, sed eo quoque Epitheto Ja-  
cobus, (neutiquam verò Laban ceu Flac. Clav. Scr. ad voc.  
Syr. & Glass. phil. L. 3. Tr. 3. Gr. Can. 8. p. m. 558. seducti à  
Targum. & Vulgata statuunt) ob continuam 20. annorum  
servitutem in Syria, Matrem uxoresque Syras Deut. 26. 5.  
insignitur. אַרְמִי אֹכֶר אֲבִי, *Syrus erat periens*, h. e. inops  
& omnium egenus, *Pater meus*, & ita h. l. interpretatur S.  
Ab. Ezra, cuius verba Bibl. Venet. f. רְטוֹן col. 3. l. 4. sunt seqq.

סלה

(ז) \*

פלת אוכד מהפועלים שונים וצאי, ואילו היה ארמי  
על לבן היה הכתוב אומר מאכיד או מאכיד וגער כת  
טעם לאמור לבן בקש להאכיד אבי וירד מצרים ולבן  
לא סבב לרות אל מצרים והקרוב שארמי היה  
יעקב כאלו אמר הכתוב כאשר הוות אבי בארכ  
היה אוכד והטעם עני بلا מון וכן תנו שכר לאכיד  
והעד ישחה וישכת רישו והנה הוא ארמי אוכד היה  
אבי וחתעת כי לא ירשות הארץ מאבי כי עני היה  
כאשר בא אל ארם נס גר היה במצרים והוא היה  
במתי מעט ואחר כן שב לנו נרול ומולי.  
h.e. *vocabulum est ex verbis intransitivis, quod si referendum foret ad Labanem, dixisset Scriptura in hisbil, aut ex piel.* Porro quis esset sensus, dum dicit: *Laban quæsivit perdere patrem meum, qui descendit in Ægyptum: cum tamen Laban non sit in causa cur descenderit in Ægyptum?* Propius igitur ad mentem Scriptura accedit, quod hic sit ipse Jacobus q.d. Scr. Cum esset Pārens meus in Syria, erat אוכד h.e. pauper sine opibus. Et hoc sensu vox occurrit (Prov. 31. 6.) date siceram pertenti; cuius testis est l.c. v. 7. ut bibat et obliviscatur paupertatis suæ: Et ecce illius: Aramaus periens erat pater meus; sensus est: non hereditatis jure hanc terram possideo à Patre meo, nam Pauper ille erat, cum veniret in Syria, insuper peregrinus fuit in Ægypto, eraque cum hominibus paucis, sed postea in gentem magnam conversus est. Adstipulatur his R. Sal. b. M. in M.J. fol. 4 col. 4 quando ita inquit:

הענין הזה בודד כתהו:  
מן חקל ופירוש פסוק זה כן יעקב אבי היה אוכד  
וקראו ארמי לפי שנר בארכ שם היה אוכד כי בצל  
נרול רזה. שם עשרים שמות כמו שהתרעם על  
למן ואמר היהי כוֹסֶךְ אכלני חרב וקרת בלילו

(6.)

Significatio hujus vocis אָבָר est intransitiva: siquidem illa est ex Kal.  
Et explicatio hujus particula sic habet, Jacob pater meus erat peri-  
ens, Et vocabant eum Syrum, quia in Syria fuerat peregrinus, Et ibi  
erat periens, quia in angustia magna ibi fuit per 20. annos, ceu ex-  
probrat Labani dura dicit (Gen. 31. 40.) fuerim interdiu, consume-  
bat me aestu, Et frigus noctu. In eo quidem peccat in accen-  
tuationem uterque, & dubio procul plerisque Christiano-  
rum Interpretibus v. g. Cocc. Lex. rad. col. 2. Sixtin.  
ab Amam. Antibarb-bibl. Lib. 3. ad Prov. 31. v. 6. p. m. 596.  
B. Seb. Schmid. in versione aliisque quamplurimis imposu-  
erunt, qui B. Lutherum correcturi hic impegerunt ipsimet,  
ex accentuatione enim (docente hoc de philologia sacratio-  
ri meritissimo Joh. Henr. Majo, supplem. ad Coccej. Lexic.  
voc. אָבָר col. 1.) liquido demonstrari potest, וְאָבָר neu-  
tiquam ad prædicatum אָרָם, sed omnino ad subjectum  
debere referri, adeoque rectius converti; Syrus erat pe-  
riens seu miser Pater meus. Testantur quoque profani Scri-  
ptores, Syros quondam Aramaeos fuisse appellatos, ex qui-  
bus Strabonem Geogr. L. 1. fol. 28. edit. Casaubon. com-  
memorasse sufficiat; Idque ante Imperii in Syros & Assyrios  
divisionem obtinuisse communiter, notavit citatus supra  
Walton. l. d.

¶. IV. Solet autem vox אָרָם Syrus non uno eodem  
modo & significatu Scriptoribus adhiberi (α) enim pa-  
tet non nunquam latissime, ita ut quemvis Gentilem signi-  
ficet; Hoc in sensu occurrit tam in paraphrasi Chaldaica  
V. T. quam in Syriac. N. T. versione. Sic enim locus Lev.  
25.47. עִקֵּר כְּשֶׁפֶרְתָּה גַּר indigena familie peregrine ab Oncke-  
lo redditur אֲרָמָי מֹרֻעִית נִוְרָא Arameus ex sirpe Proselyti  
& verba Pauli Rom. 1. 16. Evangel. J. C. est potentia Dei ad sa-  
lutem omni credenti. Ἰερούλων τε περῶν καὶ ἔλληνι, Judeo pri-  
mum simul Et graco, à paraphraste Syro ita vertuntur:

יְהִילְלָה בְּסָרְבָּה לְבָנָה  
אַלְמָנָה

Judeis quidem primum simul Et Aramais seu  
Syris.

Syris. Per Gr̄ecos autem h. l. gentiles denotari, monuit Augustin. Ep. 200. verbis seqq. *Quos dixit Gr̄eos, has etimā gen-  
tium nomine significavit, eo quod hec lingua maximē excellit in  
gentibus.* Cui οὐόψηα tradiderat Cic. in Orat pro Arch.  
passim citari solita. Exempla his similiā vide Act. 16. 1. & 3.  
Gal. 2. 3. c. 3. 28. Coloss. 3. 11. Hacque de causa Syri Aramæi no-  
men deposuisse, & contra in locum ejus Syri adscivisse cre-  
duntur. Quid verò causæ sit cur Idololatræ ac gentiles  
quicunque, nomine communissimo Aramæi fuerint desi-  
gnati, an, quod priimi Idololatræ, quorum Scriptura memi-  
nit, sc. Cham, Nachor & Laban Jof. 2. 2. Gen. 31. 19. patriâ  
erant Aramæi, uti placet Waltono I. supra c. & Schindl. in  
Lexic. pentagl. rad. סָרָא, qui forte rectius, pro Cham,  
Nachor & Laban, substituit Thare Abrahæ patrem, Laban  
Syrum & Naaman Syrum; an verò, quia Judæi viciniores  
non habebant gentiles & Idololatras, quam Syros, à quibus  
etiam contagio Idolomaniaæ gentilis inficiebantur ante ca-  
ptivitatem Babyloniam, ut apparet ex Jud. 10. 6. quæ May-  
ero est l. jam d. sententia? nostra parum intererit: quam-  
vis non diffiteamur, posterius videri præferendum priori.  
(9) latè accipitur, ita, ut Chaldaicam Arabicamque & alias  
regiones sub se comprehendat. Syria enim, dicente May-  
ero, quondam terrarum fuit maxima, præter multas regio-  
nes alias, Assyriam & Chaldeam comprehendens. Quin  
si Flacio in Clav. ad voc. Syri, & Rauppio in Lexico ad ean-  
dem, fides adhibenda, Syri olim sub potestate sua habue-  
runt omnem terram quæ est inter Agyptum, Armeniam,  
mare Mediterraneum, & Babyloniam. Prouti fieri in re-  
bus humanis solet, ut omnium rerum vicissitudo, sic mo-  
do augusti, mox verò angustiores hujus regni fuere limi-  
tes pro temporum diversitate, bellorumque vario, jam  
prospero, jam infelici successu. Hinc patet, quare, cum Sy-  
ria & Assyria, ceu suprà notavimus, diversam sortiantur  
vocis originem, s̄epe tamen apud profanos auctores pro  
una habeantur eademque; testis hujus rei est Herodotus

in

\* (8.) \*

in Polymn. L. 7. fol. m. 463. scribens: ἐπει δὲ ὑπὸ μὲν ἡλήσθι  
ἐπαλέοντο Σύροι ὑπὲ δὲ τῶν βαρβάρων Ασσύριοι καλέονται ταῦ-  
ταν δὲ μεταξὺ χαλδαῖοι, Ipsi (Assyrii) & Gracis Syri vocabam-  
tur, sed à barbaris Assyrii sunt vocati, inter quos Chaldei sunt.  
Justinus L. i. c. 2. Imperium Assyrii, qui postea Syri dicti sunt, mille  
trecentis annis tenuere. Idem testatur Strabo L. ii. p. 361. magna  
Media quondam imperavit toti Asiae καταλύουσα τὴν τῶν Σύρων  
ἀρχὴν, Syrorum i. e. Assyriorum, imperio everso. Ita enim ipse,  
optimus sui interpres, mentem suam declarat, ib. L. 16. p. 507. qui  
porro de Syrorum imperio scribunt, cum dicunt Medos quidem à  
Persis, Syros verò à Medis eversos, non alios Syros intelligunt,  
ἀλλὰ ταῦτα τὸν Βασιλεῖον καὶ Νίνην κατακενευασμένας τὸν Βασιλεῖον,  
quam eos qui Babylonis & Nini regiam constituerunt. Non igi-  
tur erat, ut memoria lapsum Justino hanc scribenti tribue-  
ret Freishemius in notis ad verba supra cit. Assyrii qui postea  
Syri dicti sunt monens; Imò Syri qui postea Assyrii dicti sunt,  
&c. Utrumque enim, ut Syri vocarentur Assyrii, Assyrii-  
que Syri, ob promiscuum vocis Syri usum, obtinuisse, plu-  
rimis Auctorum probatissimorum testimonii evincit Bo-  
chart. Geogr. Phaleg. L. 2. c. 3. p. 81. Consentit his Hieron.  
comm. in Esa. 19. Quos, ait, veteres Assyrios, nunc nos vocamus  
Syrios à parte totum appellantes. (γ) Strictè accipitur quate-  
nus reliquis imperiis, postea ab hoc divulgatis, contradistin-  
gitur; Et tunc porro complectitur, notante Mayero Phil.  
2. c. 1. p. 14. ss. diversas itidem regiones seu provincias, quæ  
diversis deinceps distinguntur nominibus, petitis à præci-  
puis in unaquaque provincia urbibus. Sic (1.) in Scriptu-  
ra omnium Syriæ partium antiquissima habetur אֶרְם נָהָרִים  
Gen. 24. 10. Syria duorum fluviorum, græcis hinc Μεσοποταμία  
q. d. μέσην τῶν ποταμῶν, media inter fluvios, Euphratem scil.  
qui καὶ ἔχοχη fluvius passim in Scriptura audit, & Tigrem;  
dicitur quoque alibi termino Synonymo אֶרְם פְּרַן Gen. 25.  
20. c. 28. 5. hoc quid sit nominis ipsi Judæorum Magistri sa-  
tis explicare non valent, apud Rab. Sal. b. M. in M. J. fol. 9.  
col. 1. sub fin. agrum, seu regionem Syriae, interpretari liceat  
cum

cum Ab. Ezra ex פְּרִזֵּן Arabum, quod Hebr. פְּרִזֵּן respondet.  
 (2.) Occurrit אֶרְם צָבוֹה Syria Zova, quo referendum vide-  
 tur i. Paral. 18. 3. (3.) אֶרְם פַּאֲכָח Syria Maacha, i. Sam. 10. 6.  
 (4.) אֶרְם non precul dissita à loco illo ad Eu-  
 phratem, qui Rechoboth dicitur, Gen. 36. 37. (5.) אֶרְם דְּמָשֵׁח Syria Antiochia, quam Raschi ad Amos 6. 3.  
 Et iuxta quosdam (6.) Antiochia, quam Hieronymus per רְבָה intelligunt.  
 & hunc secutus Hieronymus per רְבָה intelligunt.

§. V. Quemadmodum gens Syriaca variat; ita &  
 lingua, quæ ipsi fuit vernacula: cuius alii plures, pauciores  
 alii faciunt dialectos. Pocock. in not. ad Specim. Hist. Arab.  
 p. 360. ex Greg. Abulfar. tres notat dialectos verbis his se-  
 quentibus: Lingua Syriaca distinguitur in tres dialectos, qua-  
 rum elegantissima est Aramaea, que est lingua incolarum Robe, &  
 Harran, & Syria exterioris; proxima illi est Palastina, que est ea,  
 qua utuntur Damasci, & montis Libani, & reliquæ Syria interioris  
 incole. At omnium impurissima est Chaldaica Nabatœa, que est  
 dialectus populi montium Assyria & pagorum Eraci. B. Saub.  
 de Studii lingv. hebr. utilitate ac necessitate, lingvæ Syriacæ  
 dialectos ita recenset: Syra lingua in tres scissa dialectos, Baby-  
 lonicam, que purissima, adhibita ab Onkeloso & Jonathan, in pa-  
 raphrasi & in Talmud. Babylonico; Altera Hierosolymitana Christo  
 vernacula, pure Chaldaice admiscet voces Arabicas, Græcas & La-  
 tinæ, eâ scripta Talmud. & Targum. Hierosol. Tertia Antiachena,  
 Comagena & Maronitica, κατ' ἔξοχὴν Syra dicta, que etiam pro-  
 prijs sibi invenit characteres. Et hi Syrorum Maronitarum  
 characteres vel majusculi sunt, quos Estrangelos & capita-  
 les vocant, vel minusculi, quos cursivos seu practicos no-  
 minant, utuntur iis in librorum titulis & inscriptionibus,  
 eosque ex Samaritanis derivatos multi asserunt, licet, si non  
 magis, certè æque commode à modernis descendisse hebrai-  
 cis affirmares. His, qui ad celeritatem scribendi sunt inven-  
 ti, communiter in libris impressis & MSC. utuntur, iisdem  
 que possidemus N. T. exscriptum cum V. T. versione, de  
 quibus paulò post plura. Causam mutati hujus charakte-  
 ris rimari nunc nil attinet, ea certè, quæ à Gvid. Fabr. Bode-

tiano præf. ad Lex. Syr. affertur, ut sc. Antiocheni Christiani Evangelium suum, à Nazaræorum & Ebionitarum literis hebraicis exarato (de quo vid. Walt. l.c. p. 392.) distinguerent, sibique cum ipsis hæreticis nil quicquam commune esse ostenderent, approbata à Waltono, qui ex simili causa se ostendisse putat, Esdram post redditum è Babylone, dum sacra volumina recenseret, characterem mutasse (antiquo hebraico, quo utebantur Samaritani seu Cuthæi ipsis relicto) in Chaldaicum seu Assyrjacum, cui in Babylonia assueri erant, ne quid scil. cum Cuthæis, quos inter gentiles numerabant, Judæi commune haberent. Hæc inquam ratio penitus rem examinanti, nullo modo satis faciet, quum gratis asserta, eadem facilitate rejici possint, quæ afferuntur; nam quæ Scr. S. ab ipso Mose ac Prophetis adhibitum, perque Esdram mutatum characterem concernunt, tam validæ non sunt, ut assensum indubitatè impetrare possint, ceu commonstrant pluribus Hotting. Exerc. Anti-Mor. Buxtorff. diss. de literarum antiquitate, Wasm. vind. aliisque quamplurimi in vulgus noti. Miramur profecto eos, qui eò, quod Esdras vir fuerit Ἰερωνύμος, nil inde discriminis fidei nostræ certitudini imminere, sed controversiam leviorem esse, opinantur, quæ quæ ubiorem mercatur discussiōnem, quibus calculum suum addidit nuperimè Jacob. Gustaf. l. supra c. Etenim stante isthac sententiâ, nì probatum fuerit solidè, Esdram in hoc quoque mutando pristino Scripturæ charactere, infallibili Spir. S. assistentia gavisum fuisse (quod verò nunquam probabitur. vid. 2. Sam. 7. 3. seqq. & conf. 2. Sam. 11. 14. cum 2. Sam. 23. 1.) salus nostra in fidem merè humanam resolvetur. Rationem, cur lingua hæc καὶ ἐλαῖνη Syriaca dicta, variis nominibus fuerit appellata, adducit B. August. Pfeif. Crit. S. c. 3. sect. 2. qu. 7. p. 53. seq. Syria vocatur ista, qua celeberrima N.T. verio conscripta, & que Georg. Amira Syria reformata dicitur. Aliis Antiochena, quia usus ejus fuit in Ecclesia Antiochena, ut & in toto Patriarchatu, qui Ecclesia illi olim assignatus erat. Comagenæ ab ultima Syria re-


gione.

gione. Maronitica à Maronitis habitantibus per pagos montis Libani, & in quibusdam minoribus oppidis Syriae, quorum licet lingua vulgaris sit Arabica vel Turcica, cum Turcarum imperio sint subiecti; hac tamen Syriaca in sacris utuntur. De Maronitæ nomine variant quidem auctores, quidam dictos eos ita volunt à voce Maranatha 1. Cor. 16. 22. ideo, quod Christum agnoscere noluerint, uti & Hispani dicti sunt Marani, quia Christum agnoscere nolebant, vel ab eo defecerant. vid. Corn. à Lap. & Bald. in h. l. sunt enim hi Syri diu pro schismaticis habiti ab Ecclesia Romana, usque dum eorum Patriarcha legatos suos mitteret ad Concil. Lateranense III. sec. XII. habitum sub Alexandro III. ubi reconciliati sunt Pontificiis. Gvilielmo Tyrio Archi-Episcopatum administrante, Anno 1181. hinc etiam Anno 1584. Papa Gregor. XIII. ad eos, in Græcorum Monotheletarumque pristinum errorem relapsos, duos misit Jesuitas, qui cum Synodus convocassent, eos ad fidei pontificiæ confessionem induxerunt, ita tamen ut, quod citante Mayero Phil. I. 2. c. 2. p. 74. testatur Nobiliss. Breuning in Itinerario suo Orient. Laicis in S. Cœna utraque distribuatur species; ipsique in Rituibus, disciplina Ecclesiastica, & aliis quibusdam dogmatibus, v. g. de Spir. S. Purgatorio &c. majorum suorum vestigia premant. Hodieque habent Collegium Romæ à Gregorio XIII. fundatum, & à Sixto V. Gregorii Successore redditibus auctum, ex quo ceu ex seminario Sacerdotes & Episcopos accipiunt. Atque ex illo prodiere Gabriel Sionita, Joh. Hesronita, Abraham Echellensis &c. Grotius ad loc. cit. 1. Cor. 16. eos ideo ita dici putat, quod Christum vocent  Dominum nostrum; Pfeiff. Synops. select. qq. è Philol. sacra disp. proœm. 2. q. 4. vocem deducit à Marone, auctore religionis vel seictæ, cum & Maronitæ ipsi celebrent Patriarcham Maronem, virum sanctitate & miraculis clarum, & Chrysostomo familiarem, cuius sententia suffragatur Waltonus I. c. p. 389. Micræl. Syntagm. H. E. L. III. sect. 1. p. 542.

idem tamen Pfeiffer<sup>9</sup> l. jam cit. non improbabilem putat sententiam Joh. Morini Com. de sacr. Eccl. ordin. P. 2. p. 381. qui cum aliis vocem deducit à Monacho Marone hæretico monotheleta, Mauritio coævo: & hoc ideo, quia Maronitæ sequuti sint dogmata Jacobitarum, qui extra controversiam Monotheletæ sint. Tandem Mayerus Phil. p. 1. c. 8. coroll. 1. p. 417. cum Gabriele Sionita mavult eos ita appellatos esse à vico quodam Syriæ Maronia.

§. VI. Nobis in præsenti non de lingua Syriaca latius sumta, quæ varias supra recensitas dialectos sub se complectitur, sermo erit; sed intueri conabimur eandem strictius consideratam, prout dialectum Maroniticam in specie denotat; de cuius in Scripturam versionibus pauca in antecessum monenda restant.

§. VII. Versio Syriaca V.T. duplex extat, una quæ ex græco, altera quæ ex hebraico idiomate est translata. Evidem scribit Arias Montan. in admonitione ad lectorem: *In V.T. libris non adeò elaborandum, eo quod ex iis fragmentis quæ mibi videre contigit, illam sacrorum librorum partem non ex hebraica primaeva lingua, sed ex græca, & ab Origene permixta versione ad Syros fuisse translatam, cognoverim.* Verum in hisce verbis duplum notat errorem Walton. l. c. fol. 395. primo dum scribit, quod non aliam habuerint Syri versionem, quam quæ ex græca facta sit, deinde quando, ut versionem hanc eo magis deprimeret, ait, factam eam esse ex græca & ab Orig. permixta versione. Versionem quippe illam ex hebreo idiomate antiquissimam, exhibent Επαπλα Parisiensia anno 1645. evulgata, itemque Biblia Polyglotta; Illa vero quæ postea ex græco confecta est, non ex mixta aliqua editione, sed ex ea, quam in Origenis hexaplis puram esse ac genuinam, veteres omnes, ne ipso quidem Hieronymo excepto, uno ore affirmarunt, est desumpta. His consentanea ex Greg. Abulf. lege ap. Pocock. in Spec. Hist. Arab. p. 184. & Hotting. dissert. phil. theol. 3. §. 48. Utuntur vero Maronitæ, ceu Walton. l. c. f. 394. §. 1. ex MS. Greg. Syri Syriaco Scholia

lia in totum V. T. continente refert, solum illâ V. T. translatione, quæ est ex hebræa derivata, quæque simplex seu antiqua dicitur, quod illi, qui exemplar illud elaborarunt, de ornatu verborum solliciti non fuerunt; & hæc proprius ad textum hebr. accedit, quam ulla orientalium alia, et si qui busdam in locis cum LXX, alibique cum Samaritano codice conveniat, quemadmodum Hotting. Analect. Diff. 2. th. X. p. n<sup>o</sup>. seq. demonstrat, pauca tamen illa sunt. Hujus versionis usum in suis ad textum hebraic. animadversionibus, passim ostendit Arnoldus Bootius. Altera ex LXX. Interpretibus hausta, quam figuratam vocant, opus mancum est & mutilum, prout testatur Masius in præfatione, pecul. Syr. & Greg. Syrus in scholiis ad N. T. quin asserit I. c. Bootius, neminem præter Masium eandem oculis usurpare unquam. Quod tamen judicium cum limitatione est accipiendum; Nemo scil. in Europa istam figuratam Syrorum in V. T. versionem, quippe quæ non edita, vidi unquam; alias falleret oppido: siquidem notante Hottingero diff. phil. theol. 3. §. 50. Greg. Syrus in scholiis ad Psal. VIII. affirmat, in ea supra vocem , per quam redundunt nomen Dei πτεραγερεματων, quodque imperiti LXX. Interpretum descriptores in αῑνι commutarunt, hoc ipsum retineri.

§. VIII. Ad N. T. quod attinet, hujus quoque versio duplex est, antiqua & nova; Antiqua, quæ primis Christianorum temporibus fuit translata; Nova, quæ postmodum; de qua pluribus agens Pocock. præf. ad Epist. Syr. adiri potest. Laudat eam ibi, tanquam græcum textum κατὰ αὐτὰ sequentem, adque illum diligenter expressam, illius etiam editionem, per utilem futuram, promittit. Antiqua est, quæ Wid manstadii, Tremellii, Fabricii, Trostii, Gutbirii, & hebraicis typis Sulzbaci non adeò pridem Viri illustris & Kabbala peritissimi Knorr à Rosenroth opera est emissa in publicum. In hac desideratur historia adulteræ Joh. 8.

à v. i. usque ad 12. 1. Joh. 5. 7. 2 & 3. Epist. Joh. 2. Petri, Ju-  
 dæ & Apocalypsis. De commemoratis Epistolis ac Apoca-  
 lypsi Johannis, antiquis dubitatum fuisse constat. His-  
 toriam adulteræ testatur Hieron. Dial. 2. adv. Pelagium, ali-  
 quot de codicibus authenticis non habuisse, 1. Joh. 5. 7. quia  
 nimis manifestè contra Arianos agit, ab iisdem sec. IV. in-  
 valescentibus, ex versione non tantum, sed ipsis etiam græ-  
 cis quibusdam codicibus surreptum fuisse, eruditorum est  
 conjectura. Hi enim cum auctore Ario Lybiâ oriundo,  
 Ecclesiaz Alexandrinaz presbytero, homine versutissimo, fal-  
 sa sua dogmata felici successu, per Ecclesiam undique spar-  
 gerent, adeò ut Hieronymus scribat, *ingemuit totus orbis, &*  
*Arianum se esse miratus est*, facile ipsorum malitia eos etiam  
 ad hoc adegit, ut dictum citatum per fraudem, ne ipsis  
 posthac obesset, eliminarent. De heresi, ejusque Aucto-  
 re, & variis, queis ipse cum asseculis usus est, technis, vid.  
 Epiphan. hær. 69. & Vener. Acad. nostræ Senior D. Bechm.  
 Hæresiogr ad sec. IV. Sed quanta fuit hominum malitia  
 & vesania, tanta multoque major fuit Dei, verbo suo invi-  
 gilantis providentia, quæ non permisit ut iota unum peri-  
 ret de iis, quæ scripta sunt in sacris, quare à Tremellio re-  
 Etè est restitutus. Usi enim hoc dicto sunt aliquot primitivæ  
 Ecclesiaz Patres ante Arium, e.g. Cyprian. sec. 3. qui anno  
 260. Martyrium subiit, Lib. de Unit. Eccl. Tertull. eodem  
 seculo contra Praxeam, qui citat verba: *& hi tres unum sunt;*  
 taceo Arianorum adversarium, & orthodoxæ fidei defenso-  
 rem acerrimum Athanasium Lib. I. ad Theophilum de uni-  
 itate Trinitatis, quia hunc librum & que ac dialogum  
 istum cum Ario Nicæi Concilii tempore habitum, sub no-  
 mine Athanasii Vigilius Tapensem supposuisse, viri qui-  
 dam afferunt eruditiss. vid. Thomæ Schmith. diss. de h. I.  
 quæ habetur quoque in celeberr. Maji Exam. Hist. crit. Ri-  
 chard. N. T. potius provocarim ad Hieron. qui in prolog.  
 Epist. Cathol. ad Eustathium conquestus est, hunc locum  
 ab infidelibus omissum, eumque proinde restituendum ex  
 haud

haud depravatis codicibus, contendit, alii longè plures apud Theologos de h. l. agentes videri poterunt. Imprimis hoc conferendus Gerh. Disp. pec. ad h. l. quam à Schlichtingii aliorumque exceptionibus vindicavit Calov. in Bibl. Illutr. & Majus, qui I. c. per integrum c. 18. Sandii Interpr. paradox. app. p. 380. Simonique adversus allata testimonia objectiones eruditè discussit.

§. IX. Atque hæ Scripturæ S. partes in antiqua N. T. versione Syr. omisæ, non magis eidem officiunt, quam in aliquot græcis, eisque satis vetustis codd. desideratæ, textui ipsimet authentico detrahunt. Imprimis cum jam in nostris editionibus ex recentiori versione Syriaca sint adjectæ. Qua in re sedulam præ aliis operam navavit in literatura orientali, præsertim Arabica, versatiss. Pocock, qui Syriacam secundæ Petri Epistolæ versionem, unâ cum secunda & tercia Johannis, ut & Judæ Epistola ex Bibliothec. Bodleianæ Oxoniensis MSC. exemplari depromtam, Lugd. Batav. 1630. in publicum edidit græcè, latinè & Syriacè, additis simul characteribus hebraicis; in cuius pref. memorat, epistolas hasce in prædicta bibliotheca inventas fuisse, una cum actis Apostolicis & Epistolis cæteris catholicis, eo ordine, quo in græcis codicibus solent haberi dispositæ; quando vero & à quo in lingv. Syriac. translatæ sint hæ epistolæ, supra vires suas disquisitionem, profitetur ingenuè. Apocalipsin Joh. edidit eruditiss. Gallus Lud. de Dieu Syriacè, græcè & latinè, Syro etiam charæctere in hebræum transfuso, Ludg. Batav. A. 1627. ex codice in Biblioth. Scalig. invento, à Casparo quodam manu eleganti, charæctibus vero ab hodiernis discrepantibus scripto. Sit, licet, hæc Epistolarum & Apoc. translatio, quod supra montium, recentior, ante conversionis tamen Maronitarum tempus factam, Lud. de Dieu præf. ad Apoc. ex eo probare annititur, quod à vulgata sçissimè abit. Eademque non sine causa mirum videtur, quod hi Scripturæ S. libri, post primam Widmanstadii editionem Syris exhibitam, in Europam delati, per tantum

tempo-

temporis intervallum typis non fuerint exscripti. Defuerant quidem in exemplari à Mose Meredinæo primum alato, promiserat vero Meredinæus postea eosdem asportandos, prout liquet ex his Widmanst. verbis in Epist. ad Giengenum & Jac. Jonæ Dedic. toti operi subjuncta: *Moses noster Meredinæus, qui ad locupletandam Regio hoc munere Syriam, non humani generis solum, sed etiam aeterna vereque religionis antiquissimam parentem, una mcccum opera plurimum studiique consumit, ex Mesopotamia favente Deo reversus, non solum reliquias SSS. Petri, Johannis & Iudeæ Epistolæ cum Apocalypsi, quæ ad perfectionem N. T. nobis defuerunt, verum etiam V. T. Syro-Targumicam seu Hierosolymitanam vel peregrinantibus jam in patrio sermone Judeis natam, vel in ipsis Religionis Christianæ rudimentis à Spiritu S. informatam interpretationem, aliaque sacrorum conciliorum & Apostolice Ecclesie rarissima monumenta adportabit.* Et denuò in præf. ad Epistolæ Canonicas: *Reliquæ, inquit, SSS. Petri, Johannis & Iudeæ Epistola una cum Apocalypsi, eis extente apud Syros, tamen in exemplaribus, quæ secuti sumus, defuerunt.*

§. X. De antiquitate Vers. Syr. V. T. simplicis discrepantes sunt Doctorum sententiae, aliis eam ex parte ad Salomonis ætatem, ex parte ad Abgari Syrorum Regis tempora referentibus. Nimir. quinque Mosis Libb. Josuam; Judic. Ruth. Sam. Par. Prov. Canticum & Job. ajunt Salomonem in Hirami, Tyri Regis, gratiam, quo cùm fedus inierat, impetratis variis ad extruendum templum subsidiis, procurasse; Reliquos V. pariter ac N.T. libros opera Thadæi reliquorumque Apostolorum, Abgari Syrorum Regis tempore fuisse confectos. Aliis totam V. & N. T. versionem his demum temporibus factam contendentibus; vid. Gabriel. Sionitz, Lingvæ Arabicæ in Acad. Paris. Prof. & interpretis Regii præf. in psalt. Syriac. ejus verba, in latinum ab Hotting. Theſ. Phil. pag. 266. conversa, sunt seqq. Versionis Syriacæ ea est antiquitas, ut secundum receptissimam Chaldaeorum & Syrorum traditionem, coeva sit Salomoni. Sic enim legimus in Libro antiquissimo Soadedi Episcopi Hadetensis, veteri charactere in

in membranis exarato, qui inscribitur locorum difficilium & vocum  
obsciorum in S. literis occurrentium elucidatio; Sacrorum voluminum translatio hunc ordinem est adepta: Pentateuch. Jos. Jud.  
Ruth. Samuel. David, Proverb. Eccles. Cantic. Job. translati fuerunt tempore Salomonis, orante exoranteque Hiram Rege Tyri, ejus  
amicis. Reliqui verò libri V. pariter ac N. T. tempore Abgari Re-  
gis Syria, curà & solitudine Thaddei, aliorumque Apostolorum  
translati sunt. Quanquam verò non ignorem quorundam Syro-  
rum sententiam existimantium, integrām V. ac N. T. Versionem Sy-  
riacam factam esse tempore Thaddaei & Regis Abgari; prior tamen  
opinio inde probabilius videtur, quod Divus Paulus Ephes. IV. 8. 9.  
usus est versione Syriacā Psalm. 68. 19. ascendisti in altum, & acc-  
pisti dona in homines, uti græcus, lacinus & hebreus textus verba  
referunt. Syrus tamen habet: dedisti dona hominibus; quomodo  
etiam Paulus I. c. verba reddit: dedisti dona hominibus. Hinc  
claudit his verbis: Fateri procul dubio debemus, D. Paulum ver-  
sione Syriacā usum, & sic eam Apostolis antiquiorem esse. Sed  
eadem concludendi vis huic argumento inesse videtur, quæ  
inest simili prorsus collectioni Julii Conr. Otthonis Rabbini  
illius propudii, quod Altiorii Noricorum Professorem etiam  
egit, & postea fidem christianam rursus deseruit, is enim,  
quia similes parabolis N. T. in Talm. reperit, confessim  
concludit, has Salvatorem ex Talmude sumisset, quem,  
quod mireris, sequitur Scheringh. præf. ad Joma. Wolffg.  
Franz. Scholā Sacrific. disp. 15. §. 90. & 92. & Glass. Phil. Rhet.  
tr. I. c. 21. p. m. 1410. & tr. 2. c. 7. p. m. 1477. Priorem senten-  
tiam à Sionita allatam, aliquot rationibus impugnat, adstip-  
pulatus posteriori Walt. I. c. f. 396. Eam nunc controver-  
siam nostram non facimus, contenti probatione alicujus  
antiquitatis, quæ ex Patrum monumentis posteritati reli-  
ctis depromi possit, et si non ausimus eam omni ex parte  
dare definitam. Planè namque persvasi sumus, allatas à  
Waltonō rationes tam validas non esse, quin multa excipi  
possint. Meminerunt autem versionis Syriacæ sec. IV. &  
V. Patres tām græci quām latini. Ex græcis nominamus

Basilium M. Hom. 2. in Hexaëm. f. 21. ad Gen. i. 2. qui ex Syro vim vocis מְרֹחֶה exponit. Idem Epist. 63. ad Clem. Næocæsariens. f. 97. testatur, Syris psalmodiam in usu fuisse. Theodoretus in cap. 3. Jonæ f. 805. edit. Paris. inquit: Κηρύττων ὅτι ἐπὶ τρεῖς ἡμέραις καὶ Νίνευ κατεσχεθεῖται. Τάυτας δὲ καὶ ὁ Αἰκύλας καὶ ὁ Σύμμων οὐδὲ οὐδὲ θεοδοτός πολλαχοῦτε ἔφασιν, συνωμοθετοῦ δὲ τριτοῖς καὶ ὁ Σύρος, καὶ ὁ Εὐβοῖος, ἔχει δὲ καὶ τὸ εἰκὸς ἄτος οὐδὲ θρόνος. Prædicabat quod adhuc tres dies, & Ninive subvertetur. Hos verò Aquila & Symmachus & Theodotion quadraginta interpretati sunt, & cum his etiam Syrus & hebreus conveniunt, habetque hic numerus verisimilitudinem. Ex latinis sequentes adduxisse sufficiat: Ambros. Lib. I. c. VIII. in loc. Gen. cit. scribit: Denique Syrus, qui hebreo vicinus est, & in sermone consonat, & in plerisque congruit, sic habebat, & Spiritus Dei fovebat aquas. Hieron. in Epitaph. Paulæ ad Eustoch. virginem Epist. 27. c. 13. f. 69. inquit: Hebreo, greco, latino, Syroque sermone psalmi in ordine personabant. August. L. 15. c. 13. de C. D. Genesin in idioma Syriacum versam fuisse, testatur: Ad hæc Masius in præf. comm. ad Josuam testatur, se varios habuisse V. T. libros, Josuæ, Reg. &c. qui supra mille ab hinc anno conscripti fuerint Alexandriæ, sed ex græca versione, nempe ex Orig. Hexapl. emendatis. vid. Hotting. Diff. phil. theol. 3. §. 50. Nec enim audiendi sunt illi qui autumant, per versionem Syriacam à Patribus allegatam, Chaldaicam intelligi debere paraphrasin, ita enim horum sententiam refert Sixtus Senensis Biblioth. sanct. l. 4. p. 380. edit. in 4t. Syra editio, quam sepe graci, una cum cæteris graci ac latinis editionibus edifferunt, à quibusdam creditur esse Chaldaica translatio, à Judæis Targum. b.e. paraphrasis vocata. Hæc namque sententia ex discrepantia allegatorum Ambrosii, Augustini reliquorumque ab hodierno Targum, itemque inde, quod Chaldaicæ ac Syri alibi distinctam mentionem faciant, falsitatis convinci rejicique potest.

§. XI. N. T. versio quando & à quo sit facta, incertum esse scribit Gvid. Fabric. præf. ad N. T. Syr, verba ejus suar:

Sunt: *Quando & à quo sacer iste codex in Syrum sermonem versus sit, nullius auctoris testimonio, saltet quod legerim, demonstrari potest.* Syri quidem nonnulli ex avita traditione affirmant, versionis hujus auctorem esse S. Marcum, in qua sententia & nos acquiesceremus, nisi ex Hieron. de Viris illustribus f. 102. Euseb. H. E. L. 2. c. 24. Niceph. H. E. L. 2. c. 35. f. 192. Cedren. comp. H. E. p. 212. Magd. cent. 1. L. 2. c. 10. constaret, S. Marcum anno Neronis octavo, quo tempore sacer codex nondum collectus erat, sed accedebant aliquamdiu post, alia aliaeque particulae, mortem obiisse. Unius vero Dorothei Episcopi auctoritas, qui tempore Constantini M. vixit, & in *Synopsi de vita ac morte Prophetarum & Apostolorum*, Marcum sub Imperatore Trajano, Martyrio coronatum fuisse, memorie prodidit, non infringit sententiam probatissimorum Scriptorum testimonio munitam. Magis igitur placet constans aliorum Syrorum traditio, à multis retro seculis interrupto ordine propagata, Apostolorum ævo, à Viris quibusdam Apostolicis procuratam esse, isthanc N. T. versionem, quibus pollicem premit Franz. de interpr. Scr. S. pag. m. 38. Jac. Martini præfat. ad N. T. Syr. Trost. Gutb. Tremell. præf. ad N. T. Syr. aliisque à Gutbier præfat. N. T. Syriacæ paraphrasi præmissâ adducti, itemque Venerabilis Præceptor noster Danzius, præf. ad Aditum Syriæ Reclusum. In hoc igitur acquiescimus, quoad fonticâ quâdam ratione dimoveamur, quam hactenus à quoquam nullam vidimus allatam; præsertim cum idem svadere videantur Epistola supra recensite, unâ cum Apocalypsi, quæ in antiqua editione non habentur versæ, unde Waltoni fol. 397. judicio colligi potest, factam eam esse, antequam canon Librorum N. T. communi Ecclesiarum consensu confirmatus esset.

§. XII. Dubitat de hoc Bellarm. Tom. I. controv. de V. D. L. 2. c. 4. quoniam hujus versionis nullam fecerint, mentionem Clemens Alexandrin. Origen. Euseb. Athanasius, Theophylactus, Epiphanius, Hieronymus, Cyrillus,

Theodoretus atque Damascenus, quam tamen facturi vi-  
derentur, siquidem in Syria & Aegypti Ecclesiis, hæc ipso-  
rum temporibus fuisse recepta. Hinc sibi certo persuadet  
versionem Syriacam horum Patrum ætate posteriorem, &  
cum græca ac latina neutiquam comparandam esse. Idem  
cum Bellarm. cornu inflat Cornelius à Lapide, præf. in Epist.  
ad Hebr. fol. 773. scribens : *Viris Doctis textus hic Syriacus re-  
centior, & ex greco traduitus videtur, præsertim cum idem suique  
per omnia similis extet in omnes Pauli & aliorum Epistolæ, omnia-  
que Evangelia, que non dubium est, primitus conscripta esse græcæ,  
non Syriacæ, atque in Syriacum à Syro quodam interprete esse con-  
versa, quem licet Syri putent fuisse S. Marcum Evangelistam, ta-  
men verius est, non Evangelistam Marcum, sed alium Evangelistam  
Marco longè posteriorem fuisse; Nam Cyrus, Clem. Athan. Theo-  
dor. Damascenus & alii, qui in Syria & Aegypto vixerunt & scripserunt,  
hujus versionis Syriacæ non meminerunt. Rursum hujus Syrum  
textum non esse Pauli nec Marci, nec primi illius ævi Christiani, pa-  
tet ex eo, quod Syriaca hec versio phrasæ & idiotismo disirepet à  
Syra lingua, quæ loquebantur Judei tempore Christi, Pauli & Mar-  
ci. Sic igitur versionem Syriacam, moti ratione non satis  
prægnanti, referunt ad tempora Damasceni, qui sec. octavo  
floruit à nato Christo, nulla enim in hoc argumento est con-  
sequentia, hic vel iste Liber à Patribus jam memoratis non  
citatur. E. non extitit. Simili ratione arguerem; Targu-  
mina non citantur à Patribus, E. non extiterunt illorum æta-  
te, id quod aperte falsum. Nec mirum Patres, quos exce-  
pto Origene ac Hieronymo, plerosque lingvæ hebrææ & co-  
gnatarum ignaros fuisse constat, frequentem adeò hujus  
versionis mentionem non injicere, nam quod nullam omni-  
nō faciant, falsum esse, infra evincemus. Pariter non se-  
quitur ex eo, quia dialeætus Apostolica est diversa à Dia-  
leætico Syra N. T., ideo etiam non fuerit translatio primo  
tempore N. T. facta, nam licet diversa sit dialeætus Hie-  
rosolymitana, à Syriacâ N. T. Antiochenâ seu Maroniticâ.  
potuit tamen nihilominus translatio fieri in Syriâ, & licet  
non*

non Auctoribus Apostolis, viris tamen Apostolicis in Syria degentibus, & Dialectum Syriacam callentibus; qui vel Apostolos docentes audiverunt, vel proximè post ipsorum mortem dogmata fidei sunt professi. Nec minus accurate ex titulis & annotationibus quibusdam glossæ instar, codici Syriaco ad calcem vel marginem adjectis, colliges ejus novitatem, ex quib⁹ Gvid. Fabric. l.c. & Bellarm. L.2. c.4. de V.D. superstitionum quorundam rituum antiquitatem inferre laborant. Codicis enim antiquitas manet illæsa, & textus ejus incorruptus, etiam si hominum malitia nonnullis exemplaribus studio quædam adjecerit. Et potest codex etiam vetustissimus glossis marginalibus vel illustratus vel obscuratus esse, ut tamen note istiusmodi marginales, ejusdem cum codice antiquitatis non sint habendæ; Speciatim cultum sanctorum religiosum quod attinet, ejus antiquitatem Gvid. Fabricius, frustra ex cuiusdam codicis inscriptione probare gestit, præcipue dum codex Fabricii, ex cuius inscriptione hoc argumentum desumfit, quique à Postello ipse est allatus, originis annum 1500. regni Alexandri, à quo Syri, reliquique Orientales plurimi annos suos numerant, præ se ferat, teste ipsomet Gvid. Fabricio l.c. Incideret itaque codicis illius descriptio in seculum à nato Christo duodecimum, æræque Christianæ annum 1189. circiter, cum varijs jam abusus orientis pariter ac occidentis Ecclesiam occupassent.

§. XIII. Cæterum Bellarmini & Cornelii à Lapide sententiam, vehementer impugnat Langius Danus in catal. libb. MSS. orient. Bibl. Florent. in quo cit. Waltono hæc leguntur: I. Scamno 1. cod. numero 40. Evangelia 4. syriacè sine punctis vocalibus ante annos 925. scripta, nempe anno Alexandri 1038. Juxta Epocham vulgarem Syrorum & Orientalium ad nostrum computum deducetam, anno Christi 727. Eodem scamn. cod. Num. 56. Evangelia 4. syriacè literis capitalibus & sine punctis vocalibus scripta, ante annos 1066. anno nempe Alexandri 807. hoc est anno Christi 586. &c. Error Bellarmini & Cornelii à Lapide

pide manifestò deprehendi potest ex iis, quæ supra de antiquitate V. T. Syriacæ versionis ex Patribus Damasceno antiquioribus sunt prolatæ in medium. Nam si multo ante Damascenum, Genesim & Psalmos converterunt in idioma Syriacum, multo magis credendum est N. T., cuius longè major plebi erat & utilitas & necessitas, in lingvam ipsis vernacula translatam fuisse, cum Chrysostomus hom. 9. in Epist. ad Coloss. moneat fol. 562. *Audite vos seculares, comparate vobis Biblia animæ pharmaca, si nihil aliud vultis, vel N. T. vobis acquirite.* Et idipsum disertis verbis idem edidicerit Homil. 1. in Joh. fol. 2. de doctrina Evangelii Joh. scribens: *Syros, Egyptios, Indos, Persas, Aethiopas aliasque gentes innumeratas dogmata divina in suam lingvam translatisse.* Itaque Chrysostomi tempore, qui trecentis ante Damascenum annis vixit, jam tum conversum erat in Syriacam lingvam S. Joh. Evangel. Nec credibile est Ecclesiæ Syriacæ Doctores, primis integris tribus seculis sine ulla N. T. in lingvam Patriam translatione vixisse, cum Ecclesia sine Scriptura difficeret consistat.

6. XIV. Syriaca proinde versio pervetusta, quæ haec tenus per 14. secula Germania non solum, sed tota Europa caruerat, tandem post obitum B. Lutheri singulari Divinæ Providentiaz exemplo, in Germaniam est perlata; Si quidem Maronitarum Patriarcha Ignatius, Turcarum crudelitate partim, partim Ecclesiæ sive querelâ commotus, codd. Syriacos typis exprimendos circa annum Christi 1550. in Europam misit, & primo quidem hoc egit Romæ, missus à Patriarcha Antiocheno Damasci habitante Moses Mardenus, vel ut aliis vocatur Meredinzus, Christianaz ibidem Religionis Sacerdos (ut Widmanstadio sub fin. 14. Pauli Epp. alibique passim dicitur) Catholicus, deinceps Venetiis; sed conatu irrito atque frustraneo: tandem pervenit unus ex Mesopotamiâ allatorum codicum ad Augustissimum Romanorum Imperatorem designatum Ferdinandum, qui liberalitate ac benevolentia prorsus incomparabili, curan-

curantibus Joh. Alberto Widmanstadio Austricæ Orient. Cancellario, hujusque lingvæ, prout tunc erant tempora, peritissimo, & Sacerdote jam memorato, ( quibus adjumento haud vulgari fuit Gvilielmus Postellus, multo plus opis praefitururus iisdem, nisi fama de periculo sibi intentato permotus, discessisset mature. vid. Widmanst.loco mox citando.) codicem Syriacum N. T. novis typis Viennæ anno 1555. sumtibus Regiis exscribi mandavit, & Ecclesiar. Maroniticæ sub jugo Turcico pressæ, multa exemplaria transmisit. Loquitur hæc diserte egregia Widmanstadii ad Ferdinandum, perscripta dedicatio, quæ editioni Viennensi est præfixa, ex qua in majorem rei confirmationem, paucula nobis licet excerptere. Ita v. lit. a. \*\*\*\* 2. col. 2. seq. scribit: *Moses Medredianus ex Mesopotamia Catholicus Sacerdos -- qui, ut in Pontificio Diplomate, literisque amicorum ipsi ad me datis patet, ab Ignatius Patriarcha Antiocheno, cum ob alias gravissimas causas, tunc ut N. T. volumen prælo excusorio multiplicatum in Syriam reportaret, Romanam missus Orator fuit, quo Ignatius ipse tanquam Pastor prudens & attentus sacrorum librorum inopiam, ex qua Christiani Syri multorum annorum memoria majorem in modum laborassent, Latina Ecclesiæ beneficentia sustentare posset. Et post pauca: Et cum nec Roma, nec Venetiis, quamvis amplissimorum hominum favore & gratianiteretur, quenquam reperiisset, qui magnum hoc & difficile opus attentare vellet, tandem -- ad me contendit. Post celebratam Imperatoris pietatem, quam in subministrandis ad hoc opus sumtibus demonstrarit, pergit: Mibi ut diligentia nostra emendarum splendidumque in lucem emitteretur imperasti. Et paucis interjectis, de Syrorum indigentia inquit: quod ob Evangelicorum librorum indigentiam, preter baptismum, vix ulla religianis vestigia retineant. Denique sub finem Dedicationis ad Jacobum Giengerum & Justum Jo-nam toti operi subjunctæ propria Widmanstadii verba sic habent: In urbe Vienna, amplissimarum Orientalium Austriae Provinciarum Metropoli Florentissima, ad hunc exitum perductum est divinum hos opus anno à Christi nativitate 1555. 27. Septembr. &c.*

*Idem,*

Idemque sub calcem cuiusvis N. T. libri testatur disertis verbis, ut de hoc ulla ratione dubitari non possit. Syriacam V. T. versionem, quæ jam diu in Bibliothecis Germanis delituerat MSC. quamque Moses Meredinus ex Mesopotamia reversus, ut ex Widmanstadii verbis supr. §. 9. citatis apparet, secum allatus erat, qui typis imprimi curaret, haec tenus nemo inveniebat. Primus arduum hoc opus subiit Michael de Jay in splendido opere heptaglotto Parisiensi. Hic quamvis Maronitarum Gabrielis Sionitæ, & Abrahamæ Echellenfis, itemque Joh. Morini in edendo operam splendido atque egregio usus sit operâ, qui puncta (an primi? non dixerim. Eli et testimonium in præf. 3. ad Massor. Hammas. rem haud conficit, quod intuenti patebit. Nec ipse Waltonus insciatur quosdam vetustiores MSC. codd. unicum punctum adhibuisse Arabum more, omnium voculum vicem supplens.) versionemque latinam adjecerunt, ipsa tamen editio ab omnibus mendis haud fuit repurgata; MSC. enim quibus utebantur, lacunas ex proprio subinde ingenio non ex codd. aliis suppleverunt, interdum etiam, prout illorum legebant codices imprimi curarunt, hinc insiderantur, e. g. Esther, Judith, Tobias, Jerem. Epist. Baruch, Historia Susannæ, Belis & Draconis, Canticum trium puerorum |cum Maccabæorum 2. & 3. Ipsa quoque translatio textui Syriaco adeò accuratè ubivis non respondet. Quæ omnia & singula, in primis vero desideratos in priori editione libros, ex MSC. quibusdam antiquissimis, de quibus Walton. l. c. f. 394. in opere polyglotto Anglo, adjecerunt, emendaruntque.

§. XV. Posteaquam sacer codex Syriacus à Widmanstadio sine versione esset editus, per aliquot deinceps annos Christiano orbi defuit translatio hujus codicis latina, donec tandem illius utilitas plures induceret, ut versiones ejus adornarent. Primo igitur omnium codex Syrus prodidit iterum anno 1569. cum versione Tremellii, characteribus

ribus hebraicis, in quos ipse Auctor characteres Syros, aliquot annorum spatio transposuerat, ut ipse refert in præf. codic. cit. Paulò post, anno videlicet 1571. nova iterum prodidit editio Gvidonis Fabricii Boderiani, qui characteres Syriacos retinuit, & versionem latinam unam cum characteribus hebraicis adjecit, additis præterea, haud aliter ac ipse Tremellius fecerat, in margine, difficiliorum vocum thematis, & obscuriorum aut omnino Syricarum radicum Hebraica explicatione, postquam octodecim mensium spatium, quod ipsem in præfat. ait, versionem hujus codicis in latinum sermonem absolverat. Hos excepit Trostius, qui novam denuo Syri Testam. versionem anno 1621. edidit. Non erat autem ut Genebr. cit. Rainold. in censur. librorum Apocryph. præl. nro. col. 1446. Tremellium plagii accusaret, quasi versionem à Fabricio primum adornatam, exscripscerit atque compilari iste; quod pingue mendacium vel sola utriusque editionis ocularis inspectio confutat. Arguit enim illa, Tremellianam editionem ultra biennium ferè Fabricianam antecessisse. Insuper Tremellius operis sui exordium ad annum 1565 refert, in Dedic. Operi suo præfixâ, annoque 1568 exata tâ scribens: *ante triennium tandem aggressus sum.* Gvido Fabricius vero in præf. anno 1571 conscriptâ dicit: se ante annos tres, anno videlicet Domini 1567. sermonis Syriaci in sermonem latinum conversionem absolvisse. Atque ita tempus inter utramque editionem interjectum satis superque demonstrat, primum versi in latinum sermonem codicis Syri auctorem extitisse Tremellium, qui Fabricii labore, quippe tunc nondum existente in publico. uti haut potuit. Quod si secus factum esset, mirum, Tremellium nullius, & ne ipsius quidem Fabricii, tanti scil. sui amici suspicionem ac censuram incurrisse. Quinimò magis probabiliter Rainold, l.c. ex 1. Pet. 3.19. Fabricium Tremelli vitulo arasse concludit, alioquin haud facile commis- surus fuisset, ut ἡνω ibidem redderet sepulchrum, quod per infernum Papicole redi debere contendunt. Ego is

D

non

non sum, qui eam ab omni menda & virtio liberam pronunciare ausim, nam probè sum gnarus, Bochart. Geogr. S. Chanaan L. 2. c. 9. p. 813. Jacob. 3. 5. Wellerum in Spicil. Syro-Hebr. Disp. 3. q. 5. Matth. 4. 24. alios alibi, versionem ac notas Tremellii voluisse emendatas, utrum satis bene, penes B. L. esto judicium. Notum insuper est punctuationem illius pariter atque Fabricii hebraicam, cum lingvæ Syriacæ præceptis haud usque quæque convenire, ceu pluribus demonstrat Lud. de Dieu præfat. ad Apoc. Syr. & Dilherr. in Eclogis.

§. XVI. Hanc N. T. Syriacam paraphrasin adhuc integrum & incorruptam superesse, contra Viros aliquot eruditissimos Joh. 3. 22. Matth. 27. 25. Luc. 24. 24. c. 1. 28. Syri integratatem sollicitantes, probat Theod. Hacksp. observ. Arabic. Syriac. 2. Syllog. p. 383. in primis vero Isaaci Casaboni, Buxtorffii Junioris & Frid. Spanh. Dub. Evang. 23. dubia examinat, & ad illa breviter, solidè tamen respondet. Nos profectò illud quorundam argumentum, quì ex convenientia Syræ paraphraseos cum latina, quæ vulgatæ nomine circumfertur, versione inferunt, eam ex latino, non graco textu traductam, vel saltem ex illa correctam esse, horum, inquam, argumentationem haudquam probamus. Potest enim contingere, & contingit frequenter, ut unam eandemq; viam in exponendo aliquo Scripturæ dicto terant diversi autores, quam neuter ab altero didicerat: par i ratione Vulgato atque Syro eadem potuit esse sententia, ut tamen neuter ab altero eam petuisse dici possit.

§. XVII. Lingvæ, cuius hactenus nomina, Dialectos, ac versiones præliminarium loco exposuimus, non una, sed multiplex ac varia est utilitas. Primo enim in hac lingua diversarum gentium populi sacra peragunt, utpote sunt, recensente eas ex Brewoodo Waltono fol. 359. (1.) Maronitæ, (2.) Nestoriani, (3.) Jacobitez, (4.) Coptitez, (5.) Indi, (6.) Christiani, qui insulam Zocotoram extra simum Arabicum inhabitant. Cujus rei etiam Widmanstadius in

in Dedic. ad Ferdin. testimonium perhibet, dum scribit: *Aſat̄icos christianos, vetere Syrorum lingvā partim vulgō, partim in ſacris tantū uti, eorumque incredibilem eſſe multitudinem, ut Syri ipſi affirmant, ad finem uque orbis illius diſperſam.* Idque B. Gutbierii præfat. ad N. T. Syriac. judicio, ideo faciunt, ne quid commune habeant cum Iudeis & Muhammedanis, quorum hi Arabicam, illi hebraicam imprimi uenerantur. Ut fallat fallaturque Genebrard. Chroncl. L. 3. ad an. Christi 32. omnes orientales ſacra ſua lingvā hebræā celebrare aſſerens, niſi hebræam lingvam in latiori ſignificatu, eo ſcil. quo in N. T. occurrere, inſra notabimus, accipiat. Haud contemnenda igitur, quæ ad intimorem H. E. notitiam faciunt, hinc hauriri poterunt. Ut unum atque alterum in praefenti exemplum commemorem, manifestum hujs rei documentum eſt priftinum Manetis, celebris ſec. 3. haſteriarchæ nomen, quod non Curbicus (ut falſo ſcribunt Spondanus Epit. Annal. Eccl. Spanhem. H. E. Sum. ſec. 3. ſect. 7. n. 5.) fuit, ſed Cubricus, ceu teſtatur Epiph. L. 2. adv. haſrel. & Suidas in nomine Μάνης; ubi exponit pluribus, quomodo hic Cubricus haſresin ſuam ex Buddæ cujusdam libris, quorum ab uxore defuncti, haſres fuerit constitutus, quosque à ſe factos falſo jaſtitaverit, imbiberit. Nominis iſtius ſignificatum Fullerus Mifc. L. 2. c. 18. ſatis probabiliter ex Chaldæo-Syr. קובא, quod fontem, vel à quod Chaldaeis dicit notare vas vinarium, & Syrorum ריק, quod vacuum ſignificat & inane, deducit, quarè nominis hujs adeo vilis contemtu, illud cum Manetis commutaffe fertur, quod, curPerſicum nonnulli velint, non ſatis perspicio, ex Chaldæo-Syr. נָנָן vas ſeu instrumentum, tunc, ut Suidas l. c. docet, Servorum proprio, facilius ac ſimplicius illud deducetur, ut hoc quaſi nomine dignitatem ſuam priftinam ſubindicaret. Erat enim hic Manes ſeu Manichæus, lingvæ Syriacæ, uſque adeo peritus, ut non vereretur orthodoxos in Mero-potamia ad concertationem publicam, nullo interveniente Interpretē, provocare maximè, cum in locum Manetis as-

fumum compositum Manichæi nomen, Epiph. l. c. dicat Chaldaicum; forte, ut Mayer. Phil. l. c. 8. p. 405. haud inepte opinatur, pro נִנְבָּד vas vivum, instrumentum vivum. Nec enim Assechis Manetis tantum hoc nominis competit, sed ipsimet hærefoes propalatae auctori, ut ex his Suidæ verbis, υανχαὶ οἱ αἰγαῖοι ἔχεις, elucet: ut ut hi ad allusionem græcæ οὐαίας effugiendam, illud in Mannichæum deinceps transformarunt, sic im per id facturi simplicioribus, quasi talēm foverent doctrinam, quæ Manna celeste auditorum animis instillaret, quemadmodum Augustinus libro de hæresibus f. 9. n. 46. exponit, sed manifesto in Grammaticam errore, nomina quippe à χεω formata non in ὄφη, sed in ὄφη solent terminari. Ita non dicimus ὄφοχαῖοι, sed ὄφοχοι ποιηται, χρουσοχόι aurifex. &c. Quin potius in mente habentes illud Joh. 6. 51. ἐγώ εἰμι ὁ ἀρτός ὁ ζῶν, innuere, voluerunt, doctrinam suam esse Manna vivum de cœlo descendens. Ex eadem hac lingua per miram metamorphosin ex Massilianis Psalliani antiquis facti, qui sunt, omnium commodissimè enodabis, de quibus August. Tom. VI. de hæret. ad quod vult Deum scribit: *Pſallianorum nomen ex lingua Syra esse, græcè autem eos dici Euchitæ.* Quod quidem de Massilianis verissimum, sed de Psallianis non item; hoc enim potius græcum Φάλεν pro origine agnoscit, illud vero ex Syr. נִנְבָּד otiundum, quod in pael sub pretandi notione vel centies in Targum pariter ac Syra N.T. paraphrasi occurrit, ipsum eorundem errorem, à Salvatore Matth. 6. 7. antequam nasceretur, jam refutatum pandet clarissimè. vid. & de hoc Fuller. l.c. c.19. Alia propemodum infinita in priscorum scriptis (e. g. Craulana & cauda cana apud Irenzum, quæ explicata lege in celebris Argentor. Theologi Pappi Hist. Eccl. Epitome, in gentium conversione describenda, nuncquam satis laudandâ p. 294.) passim obvia silentii nunc populo involvimus, ad (β) quem hæc lingua usum Philologiarum sacratori addicto præstat, properantes. Is. est in vocibus hebraicis V.T. rarius aut frequentius recurrentibus, quæ for-

formam, quā significationem, recte intelligendis. Quo de nostri Danzii verba in p̄f. ad Aditum Syriae reclusum huc apponere liceat: *Intrepidē* (inquit ille) *dixerim*, nec N.T. grecē nec *Vetus hebraicē* planē ac perfectē intelligi posse sine adjumento linguae Syriae. Et paucis interjectis: *In Veteri fædere non modo hinc inde legitimam suppeditam originem vocum dubiarum, que in defectu potissimum parallelismi, non minimum genuine significatio- nis affert momentum.* Sed & in vocibus, maximē indigenis subinde & formationi inservit ac constructioni, addo: & significationi. His consentanea habet Jacob. Martini p̄f. ad Syr. N.T. Trost. quā apud Gutb. I. c. si voluē fuerit, legi possunt. Sic haud infrequens est in Scriptura S. ut נ scheva sub litera præcedente ponendum abjiciat, vocali suā in locum illius transmissā, quod ex Syriaismo, in quo id ordinarium, petitum esse docet, regulamque segete exemplorum uberrimā demonstrat, modo laudatus noster Danzius Lit. Ebr. Chald. §. 25. II. obs. 3. sufficiat nobis jam unicum produxisse ex Esa. 10. 13. in quo, quantum negotii hæc forma hebræis etiam doctissimis, interque illos celebri Judæorum Grammatico R. Dav. Kimchio faceſſerit, ex verbis ejus à R. Sal. b. Mel. ad I. c. fol. פט. col. 3. lin. 16. fin. adductis apparel

מְשִׁפְטוֹ כָּבֵיר וּבְנוֹתָה הַלְּפָתָה תְּנוּתָה עַל  
הַכָּפֶן פִּירֶשׁ בְּשׂוּרֶשׁ אֲבָר וּבְשׂוּרֶשׁ כָּבֵר כָּתֵב הַאַלְפִּי  
נוֹסֶפת אוֹ הַמְלָה מְוֻקְבַּת מִן כָּבֵר וּכָבֵיר וּזָה לְהַגְּנִילָה  
וּעֲנֵנוּ הַהֲגִילָה בְּעַנְוֹן הַאֲכֹתָה וּפְרוּשׁוּ אָוָם שְׁוּשָׁבִים  
בָּמְקוּם כָּבֵר וּחֹזֶק אֲנָי אֲוֹרֵד אַתְּכָסֵת לְאַרְץ וּכְלָיִלְיָה

h.e. כָּבֵיר juxta formam ordinariam foret, sed propter literam quiesc. נ rejecta est vocalis ejus ad , כ , ו ita quidem explicat Kimchi. in radice, אֲבָר scribit נ כָּבֵר sed in radice, אֲבָר ad exaggerandum, ut significatio ejus sit exaggerans in re qualitatem, et sensus: Eos, qui sedent in loco valido & firmato, eos ego detrudam

in terram &c. Ex his apparet, quam dubius & anceps, pri-  
 ori satis bonæ resolutioni diffisus, bonus ille Kimchius ha-  
 serit, lingvæ syriacæ subsidio destitutus. Alia quamplurima,  
 quorum constructio itemque formatio ex Syriaismo peten-  
 da, nunc mitto; De significatione vel duobus adhuc verbis  
 nonnulla monituras. Exempla hanc in rem sunt manifestis-  
 sima: nullo enim modo contextum penitus consideranti  
 probare se potest Vulg. 2. Paral. 16. 14. verba  
 בְשָׂמִים זַנִּים unguenta meretricia reddens; magis proba hic videtur B.  
 Luth. Tremell. atque Cocc. in lexic. rad. 31 col. 198. versio,  
 qui ex significatione Chaldæo-Syr. Dan. 3.5. Hebr. 9.10. 1. Cor.  
 12.10. & 28. interpretantur, aromatibus & speciebus. h.e.juxta In-  
 terpr. Danz. §.194. II. I. coll. §.26. speciebus aromaticis, cujumodi  
 constructionis exemplum habetur Gen. 3.16. longè clarissi-  
 mum. Quod si tamen hæc cuiquam duriora videantur,,  
 vertat licet, cum B. Seb. Schmid. Ellipsin suppiendo, hoc mo-  
 do, aromatibus & speciebus unguentorum. Quamvis prius eō,  
 quod Scripturæ temerè quicquam addere prohibemur, ma-  
 gis placeat. Consentit R. Sal. b. Mel. in M. J. h. I. fol. רְשָׁא  
 col. 2. cuius verba, quia simul Iexicographorum quorun-  
 dam, id nominis ex זַן derivantium, errorem redarguunt,  
 וְזַנִּים פִּרְוֹשׁ מִנִּים תְּגִוָּסֶת adscribere non pigrabimur. לְמִנְחָה לְזַנְחוּ וְהַנְכָן בְּרוּקָךְ שְׁהָוָה כְּנַחַה הַלְמָד בְּפָלֵס

מִנִּים h.e. vox זַנִּים hoc loco idem significat, ac  
 species, ceu Targum hebr. (vid. Gen. 1. 25.) reddit per  
 רְזַנְחוּ, & per grammaticam certum est, quod sit ex quiescenti  
 tertia ad formam מִנִּים, פִּירָשׁ מִנִּים. Sed hoc clariora supersunt  
 duo Scr. S. loca, omni exceptione majora, quorum alter in  
 Prophetis, in Hagiographis alter exhibetur. Nempe 2.Sam.  
 13. 38. ubi quidem maxima Interpretum pars verba: וְתַכְלֵל  
 חַמְלָךְ דָּוָד לְצַאת אֶל אֲכַשְׁלוֹם, vertunt contextu pror-  
 fus reclamante, nec grammaticâ usque quâque propitiâ,  
 cessavit David Rex exire post Absolonem. Cum redi potius si-  
 guifi-

✿ (31.) ✿

gnificatione ex Chaldaeo-Syriastro (videl. Ps. 31.7. & ult. Rom. 2. 19.) cum Parapraste Chaldaeo debeat; *& cœpit anima Davidis exire adversus Absolonem*: aut si mavis propter Absolorem. Quo observato, R. Abenesræ supplemento ab Abarb. in h. l. itemque Salom. b. Mel. commemorato facile supersedebimus. Job. 19. 27. verba postrema בְּלוּ כָּלִוֹת בְּחַיִק omnino æquipollenter cum præcedentibus reddenda sunt, poscente ita accentuatione, *& hoc unicè expellant & desiderant renes mei in sinu meo.* Verùm prolixiorum hic locus discussionem meretur. Adeoque, cum opera per quam egregia Mayer. Phil. i. c. 8. integro, atque ex parte c. 7. hunc L. S. usum sit prosecutus pluribus, indice quasi digito eum commonstrasse sufficiat. Ex quibus B. L. nunc judicabit de eruditissimi Gusseti sententia, quæ l. supra c. is annititur subsidium, veram genuinamque vocis dubiæ radicem ac significationem ex linguis hebræ cognatis pe-tendi, penitus eliminare. Nos pluribus jam exemplis hoc evinceremus, nî à lexicographis harmonicis, interque hos cum primis Edm. Castell. in stupendo, cumque oculorum detimento elaborato opere ἐπιταγλάστη, Hotting. Etymologic. orientali aliisque pluribus, laudabiliter præstitum es-set, quibus quoad Arabicam, cuius cum reliquis hoc in passu par est ratio, jungi meretur Boch. tam in Geogr. S. quam in Hieroz, ubi ope Arabismi ea detexit, quæ per tot seculorum decursum, profundâ nocte premebantur. Plenè planèque persvasi sumus, lingvas orientalium cognatas, plus conferre ad sensum formalem, qui ad pleniorum Scripturæ cognitionem utilissimus non tantum, sed & maximè est necessarius, eruendum, quam ullam, quantumvis novam, hypothesisin alias. Qum lingua hebræa populo Ju-dæico adhuc esset vernacula, non tantæ erat, fateor, neces-sitatis utilitatisque, lingvas affines conferre, jam verò, cum ejus, præterquam quod in Scr. S. habetur, nil amplius super-fit, quomodo v. g. in ἄντεξερούενοις, Nominibus propriis &c. nos, non adjuti parallelismo, extricabimus?

§. XVIII.

§. XVIII. Maxime autem omnium conspicuus est Lingv. Syr. usus, quem in locis N. Fœderis δυτικής ritè percipiendis, ac mente Spir. S. facilis ex iis eruenda, præstat. Quia enim versio Syriaca, ut supra dictum, earum quæ prostant, est antiquissima, adeò ut ejus auctores in rebus dubiis à Viris Apostolorum ævo proximis, quin juxta quosdam, ab ipsis Apostolis, verum sensum addiscere potuerint, inde tot Virorum in Philologia sacra versatissimorum celeberrimorumque laudibus evehitur, quorum suffragia ac commendationes h. l. adducere longum foret, aliqua igitur dedisse contenti erimus. Jacob. Martin. l. c. *Ad hanc (de lingua Syriaca verba faciens) igitur solam, inquit, quando in fontibus græcis quædam occurrit obscuritas vel difficultas, tuto acceditur: Hæc sola, quando de loci alicujus interpretatione versioneque dubium movetur, tuto & sine errore consultatur, per hanc solam græcus textus verè illustratur, rectè intelligitur. Hujus enim solius auctoritas proximè ad ipsorum fontium majestatem accedit.* Franz. in aureo de interpr. Scr. S. tr. p. m. 38. Spondes, ait, immensas utilitates illis, quoquot N.T. Syrum cum græco conjungere non fuerint gravati. B. Gläss. Phil. sacr. L. I. tr. 4. sect. 2. p. m. 237. scribit: *Ad legitimam N.T. interpretationem omnino linguae non solum græca, verum etiam hebraica ac syriaca cognitio requiriatur: Alias adulterinus & pravus sensus, sepe pro vero auditoribus obtrudetur. Celeb. Danzii nostri verba percepimus supra. Pfeiff. Crit. S. c. 10. sect. I. §. 3. Versio, inquit, Syriaca N.T. si non ab Apostolo, certè ab Apostolico quodam viro profecta, textum græcum in locis plurimis optimè declarat, & in preciis est apud quosvis, qui Christianum nomen ambiunt. Plura dabit Gub. l. c. Et in hac lingua Syriacæ utilitate fusius non nihil explicandâ, præfons nostra opella occupabitur.*

§. XIX. Utilitatem Syriacæ N. T. versionis descripturi, atque ex hoc capite eandem commendaturi, neutram versionis jure illam eximimus, ita ut omni mendâ vacuam eam pronunciemus, ejusque ubivis sententiam sine examine sequendam existimemus; quem honorem solis

lis Scripturæ linguis authenticis, quas immediato suo dicta-  
tu Spir. S. non est designatus, deferendum jam pridem su-  
mus edocti. Quemadmodum enim in rebus humanis ni-  
hil est ex omni parte beatum perfectumque nihil, ita nec  
hæc, alioquin satis proba, humanâ tamen operâ confecta  
N.T. versio, ab omnibus nævis est libera. Non commemo-  
rabo in præsenti ista loca, in quibus textum græcum  
obscuritate vel ambiguitate quâdam laborantem, non satis  
clare reddidit, ambiguitatem illam ex locis parallelis, quod  
alias laudabiliter præstvit, eruendo, & in paraphraſi ipsâ  
tollendo, cuius Luc. 24. 34. exemplum habetur manife-  
ſtum, ubi Syrus græca N. T. verba ὅτι οὐέδη οὐέρο.

οὐτως, κα) ὁ φθη Σίμων, convertit, Αγιονούσιον  
εἰς τοῦτον τὸν πόλιν τοῦτον τὸν πόλιν

*Verè surrexit Dominus noster & apparuit Simeoni , ceu quoque  
habet prava, locoque parallelo Marc. 16. 13. è diametro con-  
traria, plerorumque Christianorum interpretum versio, ex  
qua Theologos quosdam argumentum pro resurrectionis  
Christi veritate stabiendi petisse, satis mirari nequeo. Pa-  
rum profectò sibi consulunt, qui hoc telum effugituri, ver-  
ba citata duorum discipulorum Emaunte reverorum, er-  
rone in Grammaticam haud vulgari, esse contendunt, λέγοντες  
enim tunc potius quam λέγοντες scripsisset Auctor. Quia  
omnia svadent nonsolum, sed & urgent quam maxime,  
ut vel τὸ ὄν, ceu alias saepius fieri potest & debet, (quod  
contra Vulg. docet Gramm. L. 3. tract. 7. Can. 18. p. m. 823.  
seq. B. Glasi.) planè omisso, adverbio interrogandi (verba  
sunt Vener. Præcept. nostri Danzii Interpr. §. 230.) defici-  
ente pronunciatione admirationem indicante, sensui consula-  
tur, aut quod malim, τὸ ὄν, quod ex asse hebræorum י  
respondet (de quo præter citat. jamjam Interpr. §. 183. III. 3.  
vide sis 2. Reg. 18. 34. Jes. 36. 7. & 19.) interrogandi significatu  
accipiatur, quemadmodum occurrit Marc. 9. 1. & 28. coll.*

五

Matth.

Matth. 17. 10. & 19. Rom. 2. 3. 2. Corinth. 11. II Homer. Odyss. 19. v. 28. Hæc si attendisset Syrus Paraphrastes, pro græcorum ὅν suum , vel aliam particulam similem adhibuisset potius, quam ? Hacque admissa interpretatione, ex versu hujus capitatis 18. & 1. Cor. 15. 5. colligi poterit, quinam duo illi discipuli fuerint, quibus Christus iter Emmaunem instituentibus apparuit, de quo vid. Ligthf. H. H. ad ll. cc. Sed graviora his commisit Paraphrastes sèpius laudatus, dum alia non omittenda omisit, quædam non necessaria inseruit, & texui græco nonnunquam aperè adversatur, ut rectè moneat Tarnov. Exerc. Biblic. p. m. 1166. in Syriaca versione esse quadam bona, quedam mediocria, quedam mala. Sed hæc, & si quæ sunt alia in ipso notanda, quia singula nunc inspergere non licet, peculiari capiti inclusa, toti tractationi appendicis loco adjicientur. His tamen non obstantibus, immensam Syræ paraphraseos utilitatem cum eruditis celebrare haud veremur. Sistit enim illa lectori antiquorum, & quidem illorum, qui Apostolorum ætati fuere proximi, de locis Scripturæ difficilioribus sententiam, quam eidem non obtrudit, & quasi pro tribunali dictam haberi cupit, sed exhibet eam cum textu authentico, contextuq; ac parallelismo conferendam atque examinandam, & sic sèpissimè eas suggesterit meditationes, in quas, absque hoc si fuisse, fortasse devenisset nunquam. Si igitur aliis utilitatem Cornelii à Lapide, aliis Scriptorum Rabbinicorum, Gentiliumque aliis, per modum Disp. tradere integrum fuit; quidni & nobis usum hujus paraphraseos, tot eruditorum elogiis cumulatæ, vel extremis digitis attingere, vel uberior exponere liceat?

§. XX. Diffundit à se hic lingvæ Syr. usus quam latissimè, & multiplice ratione conspicitur. (α) enim eximus planè hujus dialecti usus est in explicandis vocibus phrasibusque Chaldaicis N. T. (β) commendatur lingua Syr. ex eo, quod pro græcis obscurioribus haud raro substituit

¶ (35.) ¶

tuit clariora. (γ) verba græca concisè posita, adjectis quan-  
doque aliis, illustrat egregiè. (δ) verba textus Græci trans-  
posita in ordinem magis intelligibilem, magno cum lecto-  
ris fructu & emolumento, redigit. (ε) multam quoque lu-  
cem feneratur textui græco, suffixorum, præfixorum &c.  
adjectione. (ζ) in reciè constituendis versuum propositio-  
numque interpunktionibus, (η) In dijudicandis multis lec-  
tionibus variantibus opem lectori fert haud contemnen-  
dam. Quibus accident (θ) monitorii loco, ne quis ju-  
sto majorem huic versioni auctoritatem tribuat, ali-  
quot Scripturæ loca, in quibus à veritatis tramite decli-  
narat auctor. Quoniam verò hæc omnia & singula nunc  
persequi non licet, ne Disputationis limites egrediamur,  
hac vice, DEO propitio, caput tantummodo primum, bre-  
vitare, quantâ fieri poterit, maximâ percurremus, reliqua  
sub eodem Præside nostro daturi alias.

## SECTIO II.

### CAP. I.

#### *De lingvæ Syr. usu in explicandis N. T. vocibus phrasibusque Chaldaicis.*

##### §. I.



 Agnum utique huic tractationi pondus acce-  
deret, si probari posset, Christum in his terris  
obambularem hæc, de qua agimus, lingvâ  
uim fuisse vernaculâ, quod volunt Viri de li-  
teraturâ orientali meritissimi: Widmanstadi-  
us præf. ad N. T. à se divulgatum, Masius, Crinesius, Tro-  
stius, Gvido Fabricius Boder. præf. ad N. T. Franz. de inter-  
pretat. Script. pag. 38. & 46. Ludov. de Dieu præf. ad Apoc.  
Syriac. itemque præf. Gram. LL. OO. Gvaltperius in Sylloge


Vocum Exoticarum N. T. p. 3. Gutb. præfat. ad N. T. Syr. Leusden. in Philol. aliisque. Et major illius addiscendæ non modo utilitas, sed etiam necessitas foret, si, quod asserit Bellarm. L. 2. de V. D. c. 7. Grotius præf. com. in N. T. Simonius Histor. Crit. N. T. juxta cum Pontificiis reliquis plerisque omnibus, firmo niteretur talo, hanc esse originalem Matth. & Epist. ad Hebreos lingvam, quā istorum librorum Canon. Auctores, ab ipso Spiritu S. agitati atque impulsi, posteritati eosdem literis consignatos reliquerint. Nunc verò cum de utroque discrepantes sint Virorum eruditissimorum sententiaz, paucis in hac inquirere animus est.


§. II. Et primò quidem, quod concernit lingvam Salvatori in hoc mundo degenti vernaculam, eā, si in latitudine sua Sect. 1. §. 4. indigitata accipiatur, Christum in vulgari vitā, propalatāque per Judæam doctrinā suā, usum fuisse, concedi omnino debet. Sin verò de illa dialecto, quā N. T. conscriptum extat, quæque Maronitica, Comagena & Antiochena, uti supra accepimus, vocatur, quæstio instituitur, Viri sunt non minus celebres, qui in diversum abeunt, inter quos nominamus laudatum sepius Philologum Lipsiensem Mayerum phil. p. 2. c. 2. p. 83. & theor. 4. p. 156. p. 1. c. 2. p. 108. seqq. c. 8. p. 376. Walton. proleg. 13. §. 5. fol. 391. Pfeiff. Crit. S. c. 3. sect. 2. q. 12. ac celeber. nostrum Danzium, præf. ad aditum Syr. reclus. Et his eodem fortassis jure accensemus Jac. Mart. quo illum τοῖς ἐξ ἑαυτίας, multi annumerare non dubitarunt. Ita enim inter alia habent verba ejus, præf. ad N. T. Syr. Trost. *Sciant nihilominus importuni & iniqui isti censores, Syram lingvam esse illam, in qua Christus ipse cum suis Apostolis fuit locutus, vel qua proximè ad vernaculam Salvatoris nostri, t̄jusque Sympatriotarum accedit &c.* Stant hi, Christum lingvam adhibuisse non Syram Maroniticam, sed Chaldaicam, quæ genti in qua versabatur Salvator, tunc temporis familiaris non modo, sed etiam vernacula erat, estque illa, quā Jonathanis atque Onckeli, Christi x̄tatem, si non superantium, attingentium tamen,

para-

❀ (37.) ❀

paraphrases chaldaicæ prostant consignatae, quæque ad πανολεστεριας usque Hierosolymorum, in gente istâ viguit floruitque. Cui etiam sententia nos, aliquot rationibus (ut arbitramur) idoneis inducti, accedimus; Primo enim lingua Salvatori vernacula non destituta fuit dagesch fortis literam duplicante, prout vocabula multa, quæ in N. T. superflunt, manifesto significant. v. g. παθη Matth. 23. 7. 8. γιαβατα Joh. 19. 13. αιθη Marc. 14. 36. Εφθαθη Marc. 7. 34. μαυρωνα Luc. 16. 9. 11. 13. παθηνι Marc. 10. 51. παθηνι Joh. 20. 16. Sed lingua Syriaca dagesch forte non agnoscit, ut vel exinde liquet, quod in forma passiva Ettaphal, nec non verborum quiescentium Ain Ethpeel, itemque in nominibus quibusdam, literam dageschandam geminant, quod non fuissent facturi, si notâ literam duplicante gavisi fuissent. Nec est ut quis  pro dagesch fortis venditet; Qvum Georg. Amira in Gramm. suâ Syr. Romæ anno 1596. editâ p. 30. apud Ludov. de Dieu ad Apoc. Syr. præf. verbum  In paœl latinis literis unico tantum M, non gemino exprimat, & p. 38. citans verba ex Ps. 117.  laudate Domi-

num latinè scribat, sciababb Imorio, ubi quidem  quia kuschoi habet, durius, neglectâ aspiratione, per B. non V. pronunciat, nec tamen illam, ceu juxta dissentientes fieri par erat, geminat. Similiter Gabriel. Sionita, teste iterum Ludov. de Dieu Gramm. LL. OO. L. I. c. 5. p. 25. Ps. I. beatus vir qui non  per balech exprimit. Quin tradit

Amira Gramm. sive p. II.  nihil aliud esse, quam hebreorum dagesch lene,  vero illorum Raphe, id quod cum veritate congruere, res ipsa loquitur, nam-

que **בְּנָכְפַת** non nisi literis **imponitur**,  
 cum dagesch forte in omnibus, præterquam gutturalibus  
 & ר, locum habeat, nec unquam, nisi post vocalem com-  
 parere possit, quod de Kuschoi secus contingere, adeo no-  
 tum pervulgatumque est, ut de his lectorum pluribus mo-  
 nere, haud sit necesse. Quod vero dicunt in vocibus ex  
 N. T. adductis, literam euphoniam causa geminari, uti 1.  
 Pet. 3. 6. Rom. 9. 9. in voce Σαρρα pro hebr. שֶׁרֶה factum  
 videamus; itidem minus solidum videtur, cum citra causam  
 ad euphoniam non sit configendum: exemplum vero al-  
 latum prorsus est impertinens, quid enim impedit, quo  
 minus שֶׁרֶה ex radice שֶׁר derives, ut ר sit fortiter da-  
 geschandum, quod dagesch forte in vocali impurâ nuncla-  
 teat, quam quia Græci distinctè non poterant exhibere,  
 nec quicquam τὸ ε geminationem prohibebat, expresse-  
 runt, uti regulariter fieri conveniebat, ε illo geminato. (2)  
 Lingua à Christo usurpata, τὸ ιοδ in fine vocis servili, præmit-  
 tebat vocale homogenea, efferebat, ut videre est ex supra ci-  
 tatis παθη, παθησι & παθησι, quibus jungantur εἰς Marc.  
 1. 41. ήλι, ήλι, quod Judæis adstantibus occasionem præbuit,  
 ut suspicarentur, Christum ad vocasse Eliam, & οὐ βαχταὶ  
 Matth. 27. 46. Astin hac dialecto ιοδ illud finale vocalem præ-  
 missam non agnoscere, non tantum Amira l. c. sed ipsi etiam  
 Syrorum libri testantur, qui illud semper sine vocali, absque  
 quā tamen proferri non potest, exhibent. (3) Non con-  
 veniunt voces, quas Christus & Apostoli adhibuerunt, cum  
 illis, quæ hodie in N. T. Syr. extant, quemadmodum  
 patebit conferenti græcum γαλλαθᾶ Johan. 19. 13. cum

**ΓΔΩΔΩ** γολγοθᾶ Matth. 27. 33. cū **ΓΔΔΔΩ**

μαρθν αἴτι 1. Cor. 16. 22. cum **ΓΛ** **ΓΔ** Ακελδαμᾶ  
 Act. 1. 19. cum **ΓΔ?** **ΓΔ**? Ιωσήφ Matth. 1. 24.  
 cū

cum οὐρανός ιαλιζει Marc. 5. 41. cum γέλαστο.

Quod si vel maximè cum Schwentero in pec. de Skopho  
dissertat. eam per A efferendam contendas, ne sic quidem  
plerarumque sonum cum N. T. conciliabis, præsertim cum  
B. Pfeiff. l. c. non sine causa monuerit, obstare dictæ mo-  
do Schwenteri sententiæ, (α) ipsam τὴν Skopho figuram,  
quæ ad οὐρανὸν γίγενον potius, quam ad αἰγαίον inclinet, (β)  
nomina & appellativa & propria, ex Gracia in Syriam tra-  
ducta, in quibus hōrum οὐρανῷ respondeat, cujusmodi

recenset v. g. Γάλαξις Jac. 4. 12. ex νόμῳ. Γέλαστο

Luc. 15. 22. ex σοληνᾷ. Γέλαστος τοῦ οὐρανοῦ Luc. 3. 14. οὐρανία.

Γέλαστος Act. 17. 1. Apollonia. οὐρανοῦ τοῦ

2. Tim. 1. 16. οὐρανοῖς. οὐρανοῖς τιμόθεος &c.

(4) Flav. Joseph. (cui illustr. Wagens. sub finem disp. de di-  
cto Gen. 49. 10. in rebus Judaicis tutius credi ait, quam  
Rabbinis & Talmudistis omnibus) præfat. ad libb. de B.  
J. coll. Antiq. lib. II. c. 4. sub fin. & cap. 5. lib. 3. c. 1. Chaldaæam  
lingvam appellat sermonem sue regionis. Atque hæc est  
lingua, quam, toties quoties in N. T. (e. g. Act. 21. 40. c. 22. 2.  
& alibi sacerdos) hebrææ fit mentio, intelligimus, quæ, qui-  
quid contradicat eruditissimus Füllerus l. 3. Miscell. cap. 20.  
ita vocatur, quia populo, cui quondam hebræa fuerat ver-  
nacula, nunc familiaris erat. Nec enim hebræam propriè  
dictam intelligi citatis in locis aut posse aut debere, ipsa  
nomina è vestigio subjuncta declarant, horum enim forma  
externa cum sit Chaldaica, de asserti veritate cum ratione  
dubitari posse, haud videtur. Ita (ut unum saltem alte-  
rumque percurramus) quando Lucas Evangelista πυρ-  
ηνολαθητὸς ἀνωθεν πᾶσιν ακριβῶς scribit Act. 1. 19. quod  
agrum ἄρε, quo Christus venditus erat, comparatum vo-  
carunt τὴν οἰδία διαλέκτῳ ἀντανάκλασιν Ακελδαμὰ, quivis vel levi  
hebraismi notitiā tinctus largietur, τὸν Ακελδαμὰ nec for-

mâ,

mā, nec usū hebraicum esse. Idem dicendum de Joh. 19.  
 13. ἐκάθισεν ὁ Πιλάτος ἐπὶ τῷ θίματῷ εἰς τὸν λεγόμενον  
 λιθόσχωτον, ἐβρεψίς δὲ γαλλαῖ. & ibid. v. 17. ἐξῆλθεν ὁ Ἰησος  
 εἰς τὸν λεγόμενον κερνίς τῷ πονῷ ὃς λέγεται Εβεγύστη γολγοθᾶ.  
 Satis proinde mirari non possum temerariam Vossii cen-  
 suram, quā ut alibi, ita in app. de 70. Interpr. p. cum primis  
 6. s. & 46. s. notat hos, qui non admittunt Christi Aposto-  
 lorumque tempore, græcam lingvam Judæis Hierosolymæ  
 habitantibus receptam in vulgari usū ac sermone fuisse,  
 eosque *semidoltos* & *fanaticos* appellat. Sed argumenta,  
 queis utitur, tam valida non sunt, quam sibi forte persua-  
 serat Vossius. Autumat is delirare illos, qui statuant Ju-  
 dæos Hierosolymitanos lingvam Chaldaicam per traditio-  
 nem conservasse eo in loco, in quo per multa jam secula  
 in usū fuerit lingva græca, cum Josephus non tantum pref.  
 ad Antiq. græcam lingvam sibi nationique sue peregrinam esse, di-  
 fertis verbis testetur, sed insuper ex indubitatis N. T. locis  
 constet, Paulum v. g. Aët. 21. ult. c. 22. 2. coram omnibus  
 Hierosolymæ præsentibus Judæis, orationem in receptâ  
 tunc hebreis lingvâ habuisse. Quis vero lingvâ ignotâ, vel  
 nonnisi quibusdam, trans Euphratensisibus scilicet, familiari,  
 Paulum universos dixerit allocutum? Quod porrò instat, de-  
 monstrari nullo exemplo posse, quod aliqua lingva conserva-  
 ri queat in ea regione, in quam alia devenerit; Illud ex  
 perfectis Maccabæorum libris facile collabascit; namque,  
 ex 2. Maccab. 7. apparet, Hierosolymitanos eos minimum,  
 qui alicujus conditionis erant, præter Chaldaicam, græcam  
 quoque, utpote tunc admodum familiarem, calluisse, ibi  
 quippe vers. 21. s. 27. s. mater, filios πατέων φωνῇ Regi  
 imperceptibili v. 24. alloquens, cum Rege, lingvâ ei pro-  
 cul dubio cognitâ. v. 26. sermones miscet, idem v. 31. usque  
 ad finem capituli, exemplum filii natu minimi, martyriique  
 coronâ insignis docet. De Josepho res notior est, quam ut  
 moneri opus sit, quod historiam suam, ut ex L. 20. c. ult.  
 antiq. liquet, pro torâ natione suâ, adeoque pro Judæis  
 tam Hierosolymitanis, quam trans Euphratensisibus, idiomate

græco

greco consignarit. Taceo recentiora Judæorum ex Hispania profugorum, Constantinopolim aliasque orientis regiones inhabitantium exempla, quæ ex Simonio produxit Vener. D. Majus in Exam. Hist. Crit. N. T. c. 7. p. 75. seq. Nec quicquam aliud evincit locus Act. 21. 37. ubi Vossum absque ullâ causâ, à vulgari, græci textus, veterumque versionum lectione recessisse arbitramur, cum nec eâ lectione, quam ipsemet eligit, quicquam juvetur, & si l.c. v. ult. & c. 22. 2. cum d. c. conferre haud fuisset gravatus, dubium omnino nullum remansisset. Quæ circa vocem Chaldaicam atque Syriacam movet, leviora sunt, quam quibus immoremur, maximè cum ex supra dictis huc conferencis, nullo negotio iisdem satisfieri possit. Unum restat, quod ex Judæorum erga Syros eorumque lingvam odio depromit, ex quo profectum ait, ut eorum lingvam, gentilium lingvam appellarent. Quod ut luculentius demonstret, sequens è Talmude effatum profert, si quis preces lingvâ Syriacâ peregerit, eas non exaudiri, quoniam Angeli ministri Dei dictam lingvam non intelligant. Ita est, legitur prædicta modo sententia in Talmudistarum pandectis tract. Schabb. fol. 12. col. 2. lin. 13. seqq. verba sunt sequentia:

כל השואל שרכיו בלשן ארמי אין מלacci הרשות נזקין לו شأن מלacci הרשות מכירין בלשון ארמי  
h.e. *Quiquis orarit ea, quibus indiget, lingvâ Arameâ, ei Angeli ministeriales non adjunguntur, cum illi non intelligant lingvam Arameam s. Syriacam.* Estq; hæc una ex causis, quare Danielem Prophetis non accenseant, quia videlicet Angelus Vaticinantium minister, Chaldaicas locutiones non intelligit, per quem tamen omnes, præter Mosis Prophetiam, Maimonide in Mor. Nev. p. 2. c. 40. id afferente, sunt factæ. Verum enim verò, hanc non esse constantem omnium Rabbinorum opinionem, testimonio ex ילקוט חרש producto, demonstrat Wagenf. Sot. p. 1135. Deinceps hic vocem strictius sumi nil vetat, ut non simul Chaldaicam Babyloniam

complectatur, sed illam specialiter sic acceptam, in quantum eidem contradistinguitur, designet, quo in sensu nobis obesse haudquam potest. Chaldaica insuper lingua Judæis vel eam ob causam ne ab Angelis aut Dæmonibus intelligantur preces fundere concessum fuisse, ex certa precum formula ψιρό appellata, inque Talmud præscripta & à celeb. Ligthf. H. H. ad Matth. IV. 23. latinè exposita, cui Gerson in Talmud p. i. c. 18. p. 159. duas adhuc alias precatio[n]es, quas idiomate Chaldaico perficiunt, jungit, sole meridiano clarius eluet.

§. III. De Matthæi Evangelio, adque Hebræos Epistola afferunt quidem auctores supra allati, aliique plures, lingvâ hebraicâ libros hos fuisse primitus exaratos. Intelligunt verò illi, qui accuratori lingvarum notitia fuere imbuti, dubio procul lingvam hebræam eo sensu, quo passim in N.T. eandem occurtere monuimus supra, id quod expressis verbis affirmat Simonius apud Maj. I. c. p. 64. qui propterea Flacio turpe impingit errorem, quod in pref. Glossæ præmissâ cum Erasmo credit, Evangelium Matthæi exaratum dici ab hujus sententia patronis lingvâ veteri hebraicâ, eamque sententiam ex eo falsitatis convincere labore, quod lingua hebræa tum temporis in desvetudinem abierit, ut à Judæis, nisi doctioribus amplius non intelligeretur. Multo clariora hanc in rem sunt, quæ πολύγλωσσος J. C. Widmannstadius habet in epistola dedicatoria, toti operi Syriaco Vienæ à se emiso subnexâ, ubi aliquot argumenta producit, quibus probare nititur, hâcce in controversia, lingvam hebræam illam intelligi debere, quæ nobis dicatur Syra, fueritque tunc hebraici populi vulgari usu trita. Quia (1.) tunc temporis Mosaica lingua patria amplius non fuerit. (2.) Quod Evangelium lingvâ plebi, non eruditis tantum, notâ exscribendum fuerit. (3.) Dubio procul Apostoli lingvam, quæ Christus usus, syriacam adhibuerint. (4.) Matthæus utpote publicanus, sermonis istius Mosaici nescius fuerit. (5.) Nova doctrina, novâ lingvâ fuerit propo[n]enda. Denique (6.) non potuerit in lingua hebræa Matthæi

thæi Evangelium Indis annunciarī, quibus id Bartholomæum tradidisse, testetur Niceph. L. iv. c. 7. His verò lingua hebræa vulgo erat incognita, sed Syriaca in Indiam usque, teste Hieron. in Jes. 19. cognita fuit. Quas rationes, cum non sint paris ponderis atque momenti, B. L. judicio relinquimus examinandas, de argumentis potius, quibus ea convellitur sententia, quæ aliam à græca diversam Evangelii Matthæi Epistolæque ad Hebreos statuit primigeniam lingvam, disspecturi. Arbitramur proinde (1.) contrarium arguere integras sententias peregrino quodam idiomate prolatas, sed è vestigio passim expositas, quæ expositione si hebraicè scripsisset, utique supersedere potuisset; nec tantâ Interpres aliquis temeritate fuerit, qui ex proprio ingenio hæc talia textui authentico, tanquam eâdem veneratione suscipienda, illineret. (2.) Nemo unquam est deprehensus, qui sibi visum, nedum lectum illud Matthæi Evangelium testetur. Veterum de hoc testimonia tanti heic non videntur, ut ab iis discedere, nobis ducamus piaculo, præsertim cum ipse Papias in fragmēntis ab Eusebio collectis fateatur, se illud ex relatione saniorum didicisse; ipso autem Eusebii Hist. Eccles. l. 3. c. ult. judicio Papias fuit exigui judicij vir, qui multa fabulosa leviter credita posteris tradidit, multisque post se Ecclesiasticis viris occasione errandi antiquitate sua præbuit. Unde Hieronymus ex Patribus vetustioribus post Origenem, soles propemodum hebraicè doctus, non hebraici istius à se græcè & latine facti, sed græci potius vestigia sequitur, nec Christi colloquium à resurrectione cum Jacobo justo institutum, quod ex Evangelio hebræo in commentarios suos transcripsérat, nec illam de cœmentario narrationem, qui ne in summa mendicitate esset, aridam manum vigori pristino sibi à Christo restitui precatus impetrarit, pro veris certisque habet, ceu ex, iis quæ in vita S. Justi, & in Matth. c. 12. tradit, videre est. Unde haud improbabiliter colligas cum Lighf. H.H. ad Matth. 1.23. versionem illam fuisse ex textu Græco

confessam, quam B. Pater pro autographio arripuerit. Nec  
 est ut hic quispiam ad recentiores Evangelii hebraici Matth.  
 editiones, à Sebast. Münstero, Joh. Tilio, Quinqueboroco  
 ac Mercero adornatas, provocet. Illa enim exemplaria nec  
 hominis hebrei, nec Matthaei esse, ex barbarismis & sole-  
 cismis in iisdem frequentibus probat in Critic. sacr. cap. 3.  
 sect. 2. q. 2. B. August. Pfeiff. Quod in specie ad Joh. Tilius  
 Episcopi duobus ab hinc seculis Briocensis editionem Lu-  
 tetiae vulgatam attinet, illam subinde ad versionem potius  
 vulgatam latinam, quam textum grecum procuratam, ex-  
 emplis luculentis probavit E. Beugniet Wagens. Sot. p.  
 176. & 592. coll. p. 1122. Ceterum Parisiis à Joh. Benenato  
 codicem Evangelii Divi Lucæ hebraicum excusum esse, B.  
 Saub. posth. p. 207. auctor est, ex quo nonnisi oppidò elum-  
 be quis necteret argumentum, pro Evangelio Lucæ He-  
 braicè primitus exarato, quod nemo, quantum scimus, pu-  
 blicè haec tenus asserere ausus est, privatam enim imbecil-  
 lemque paucorum, quam memorat Füllerus Misc. l. 4. c. 1.  
 conjecturam hic parum attendimus. Si iacun autem ex-  
 emplar, prout nunc extat, versionem potius esse ex græco  
 traductam, quam textum primigenium, ad cuius filum gra-  
 ca sint conformata, apud omnes est in confessio. Qvum  
 tamen (3.) divina providentia hoc nunquam fuisse possa,  
 ut pretiosus adeo thesaurus, quem non frustra con-  
 scribi fecerat, interiret & posteritati prorsus eriperetur.  
 Quis enim dixerit, librum aliquem à DEO canoni Ecclesiæ  
 consecratum, ita potuisse evanescere, ut ab eadem legi con-  
 sulique amplius non posset. Nazaræorum Ebionitarumque,  
 quod aliqui fortasse hoc referrent, multis modis deprava-  
 tum interpolatumque esse constat. Conferri hanc in rem  
 que 9. integro. Denique (4) non appareat, qvum à plantatæ  
 jam Ecclesiæ memoriâ, in omnibus Ecclesiasticis monu-  
 mentis, neutrius exempla, vel publicâ, vel græci alicujus  
 Viri privatâ fide spectata reperti sint, quâ ratione totius Ec-  
 clesiæ,

clesiæ, Patrumque tunc temporis viventium augustissimorum, in rei pretiosissimæ thesauro conservando, negligētia excusari possit aut debeat. Sed filum hic abrumpimus, & B. L. ad Flacii præfat. Glossæ præfixam, cuius argumenta Majus l.c. c. 5. contra Simonii objectiones exceptionesque vindicavit solidè, & Erasm. Schmidii præf. ad Matth. aliquosque plures in vulgus nectos, qui pluribus hoc executi sunt, brevitatis studio remissum volumus.

§. IV. Licet igitur non admittamus, vel Christum Apostolosque in vulgari vitâ, lingvâ isthâc Syriacâ usos, vel in eâdem ullum N. T. Librum canonicum, Spiritus S. instinctu exaratum fuisse, nulli tamen dubitamus, quin hujus lingvæ usum in explanandis vocibus phrasibusque N. T. Chaldaicis tueamur. Sunt enim hæ lingvæ adeò inter se affines, ut à Viris in hac palæstra exercitatissimis, Lud. de Dieu, præf. Gramm. LL. O.O. Brian. Walton, Proleg. 13. §. 2. 3. & 4. &c. pro unâ eâdemq; habeantur, cui quidem sententia Mayer. Phil. p. 2. per integrum caput primum pluribus contradicit. Hoc certum & extra dubiam controversiæ aleam positum est, sive Chaldaica & Syriaca unius lingvæ diversæ sint dialecti, sive lingvæ affines, quæ tantum sono clariori horridiorique, vocabulis perpaucis eorundemque significatione in utraque diversa, nec non formatione aliquantum discrepant; quod una ex altera egregiè nonnunquam explicari illustraque possit, ac proinde ex lingvâ Syriacâ voces Chaldaicas lucem quandoque mirificam expectare, nemo facilè inficias ibit. Idque per aliquot exempla uberius declarare conabimur, omnia enim, quibus Cyrus Interpres lucem fœneratur, percurrere nunc non licebit. Itaque unum alterumque paucis nunc speciminis loco attigisse, contenti erimus, in reliquis B. L. consulere hic poterit Pfeiff. Exotica N. T. Dubiis Vexatis subjuncta, aliquosque.

§. V. De phrasibus styloque N. T. difficillima inter eruditos movetur questio; sicut ne eidem Hebraismi, Chal-

daismi ac Syriaismi intermixti, nec ne? De qua in utramque partem prostant scripta eruditissima. Heinsii ad Nonnum Exercitationes & præf. in Exercit. Sacras N. T. & huic opposita, Salmasii Commentarius de Lingva Hellenistica, Funus & Offilegium Lingv. Hellenistic. Joh. Croji Observ. in N. T. c. 36. Matth. Cotteti Exercit. de Hellenistis & Lingvâ Hellenistica. Erasm. Schmid. Annot. in N. T. Erici Ostermanni Dispp. bene multx. Seb. Pfochenii Diatribe de Lingvæ Græcæ N. T. Puritate, Stolbergii & Sæbelii Dissertationes. Quos refutare aggressi sunt Wyssius in Dialectologia Sacra, Gatackerus de Stylo N. T. Tract. & Vorstius Philol. Sacra, Oleari⁹ Dissert. de Stylo N. T. itemq; Bœclerus. Nos quanquam adeò frequentes non videamus Hebraismos & Chaldaeo-Syriaismos, quam jaçtantur à multis, præcipue cum aliquot locorum centuriis larvam hebraismi detraxerit jam pridem Beza, Erasm. Schmid. atque Pfochenius, omnes tamen omnino etiam ibi, ubi Apostoli & Evangelista aliena non solum verba transferunt, sed & ex suo sensu loquuntur, hebraismos negare vix sustinebimus. Namque hujus exemplum manifestius Matth. 12. 40. superesse persuasi sumus, quād quod ullā veritatis specie negari possit. Ibi enim quando scribit Evangelista: Salvatorem Judæis signum quærentibus respondisse: Generatio prava & adultera signum querit, & signum non dabitur illi, nisi signum Jona Propheta; Quemadmodum enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit Filius hominis in corde terre, τρεῖς νύκτες καὶ τρεῖς νύκτες, tribus diebus & tribus noctibus. Difficultatem ex hoc loco cum Matth. 16. 21. Luc. 9. 22. c. 24. 21. & 13. itemque Passionis historiā collato obortam, nemo, quod sciām, rectius enodavit, quam B. Saub. Palæstr. p. 209. & 217. seqq. atque Ligthf. Hor. Hebr. in hunc locum, qui ex Talm. Hieros. Massech. Schabbath. cap. 9. item fol. 12. col. 1. Talm. Babyl. Mass. Avoda Sara fol. 75. col. 1. annotarunt, apud Juðeos consuetum fuisse, ut totum υπόθιμον vocab. רָאשׁ designaretur, ita quidem ut illud non, prout aliás à nocte, sed

sed à die incipientes, quamvis ejus partem voce in vulgus  
notā שׁוֹנָה significant, quam Evangelista, quia aliter per  
lingvæ genium non poterat, expressit *per noctem diemque*; *Quam conciliandi rationem omnibus, quas haec tenus nobis  
videre contigit, præferendam existimamus, quia omnium  
optimè declarat, quomodo salvâ veritate Christus triduo &  
trinoctio in corde terræ permanserit.* Cui alioquin satis-  
facere non videtur communiter recepta sententia, de synec-  
dochica vocis acceptance, multo minus singularis Trilleri, in  
libello non ita pridem germanicè emissò, cui tit. *Untersuchung  
etlicher Dörter N. T. p. 196. edit. in 8. qui dies noctesq; Judæo-  
rum atq; antipodum unà computando, difficultatem omnem  
putat superatam.* Cum constans non modo loquendi ratio,  
sed ipsa etiam temporum illorum actas obstat videatur,  
qua de antipodibus quicquam constitisse probandum erat.  
*Quoniam tamen, ut supra dictum, rariores sunt ejusmodi  
phrases ac constructiones, quibus Syriaca lingua lucem  
aliquam posset affundere, de iis nihil peculiare nota-  
bimus.*

§. VI. Primus igitur locus, quem perlustrabimus,  
est Matth. 27. v. 46. Ἡλὶ Ἡλὶ λαυὰ οὐεαχγινὶ, quæ verba  
ex Psalm. 22. desumpta esse, in aprico est. Ubi Septuaginta  
Interpretes, & hos secutus vulgatus latinus, πέρηξ μοι aut  
respice ad me inferentes, quosdam in eam deduxerunt sen-  
tentiam, ut statuerent codice non punctato illos usos, pro  
altero, quod hodie in Psalm. cit. habetur אַלְיִ, legisse אַלְיִ,  
quam concludendi rationem me non assèqui ingenuè pro-  
fiteor. Videtur enim pari ratione, adeoque pari vi ac va-  
lore inferri posse, Interpretes istos nequidem habuisse bi-  
blia iisdem constantia literis ac vocibus, quæ nobis hodie  
sunt in usu. Abierunt quippe Septuaginta Interpretes isti (ut  
vulgò audiunt) à textus primigenii veritate, ubi non à pun-  
ctorum vocalium defectu, sed à consonarum diversitate,  
errorem oriri necesse fuit. Exemplo poterit esse no-  
tabilis illa differentia, quæ Gen. 5. inter textum hebræum

&amp;

& LXX. invenitur, in assignanda Patriarcharum etate. Nam Adamus juxta Hebreos Sethum genuit anno ætatis 130, qui vixit exinde annos 800, mortuus tandem anno ætatis 930. Ait juxta LXX, Sethum genuit Adam anno ætatis 230, & vixit exinde annos 700, mortuus anno ætatis 930. Eadem diversitatem deprehendere licet in Chronologia Sethi, Enosch, Kainan, Mahalalel, Jared, Henoch, Methusalem, Lamech, Noah, atque Schem. Psalm. 40. 7. pro hebr. אָגִים כְּרוֹת לוֹ aures perforasti mibi, ponunt illi: σῶμα κατεπίω μοι corpus verò mibi adaptasti; pariter Gen. 49. 22. pro hebr. צַעֲרָה progrediebatur, legunt ר in ר mutato, צַעֲרָה adolescentior, Ezech. 34. 16. pro אַשְׁמָר disperdam, eodem errore ipsi & vulgatus cum illis, habent אַשְׁמָר custodiam, Jerem. 5. 6. pro hebr. אַשְׁבּוֹת lupus desertorum, juxta Pfeiff. D.V.h.l. aut lupus vespertinarum seu vespertinus juxta D. Maj. H. A. p. 807. ss. ponunt Septuag. Interpr. ר & ר denuò confundentes non tantum, sed unam insuper vocem in duas disrumpentes: λύκος τῶν οἰκιῶν lupus usque ad domus, ὥλος θρεπτὸς αὐτὸς vassabit eos. Supersedeo Hab. 1. 4. hic com memorare, ubi pro hebreorum בְּנֵי יִשְׂרָאֵל inter gentes, multis evidentur legisse בְּנוֹרִים contemtores, aliaque infinita ubivis obvia. De illo enim loco haud contempnenda, lingue Arabicæ ope, in medium protulit immortale Anglorum decus Eduard. Pocock. Not. Misc. ad Portam Mosis p. 30. ss. quæ pro excusandis tam LXX. Interpretibus, quam conciliando Act. 13. v. 41. evidentur facere insigniter, ut neutiquam cum ר apposuerint ר, impingere sit necessum. Reliqua alium sibi vindicant locum, neque enim in animum induximus, difficultem hanc controversiam hic pertractare ex professo, sed uno tantum alteroque manifestiori exemplo argumenti supra allati imbecillitatem commonstrare. Ceterum si id nobis negotii datum putaremus, alias additamenta hujus, similiumq; mutationum item, & reliquarū, si quæ sunt, diversitatum aliarum, causas possemus afferre, si videl. per institutum in his indagandis, nobis liceret esse prolixioribus.


§. VII.



§. VII. Ut cunque autem se res habeat circa LXX.  
 & vulgatam latinam versionem, nobis de lingua, quæ Salvator in flebili hâc exclamatione usus fuerit, disquisituris,  
 ea obesse non poterunt. Sunt verò hic mira sententiarum  
 divortia, aliis pro Chaldaico, pro Syriaco aliis, aliisque pro  
 hebraico idiomate decertantibus acriter. Nec de lana ca-  
 prina hanc fore disquisitionem existimamus, cum Judxi  
 interque illos, quidam R. Isaac b. Abrah. in Libro contra  
 N. T. f. 15. 16. apud Müllerum in Judaismo p. 1296. ex Mat-  
 thæo cum Marco collato, Apostolorum seu Evangelista-  
 rum, in hebraicis inscitiam arguere sustineat. Chaldaicè  
 Christum hæc allegasse ex Targum, seu versione chaldaicâ,  
 assérit Chamier Panstr. Cathol. T. I. L. II. c. 7. n. 13. p. 197. ver-  
 bis sequentibus: *Tum temporis (Christi videlicet) extabat*  
*jam paraphrasis Jonathæ, quæ populo vulgarem reddere* *Scripturæ*  
*textum, adeò accedens ad linguam Syriacam, ut unam eandem*  
*que Grammaticam docti confecerint, sicut apud Græcos idiomata*  
*seu dialecti unà eademque opera docentur, unde desumum Marc.*  
 15. Elio Elio lamma sebaebtani, nisi quod pro Caldaicæ  
 conservatum est מטול טה hebraicum, ut sciamus, & citatam esse  
 Scripturam à Christo, accommodate ad usum vulgarem. Aberrat  
 quidem in eo, quod Targum in Psalmos extans adscribit  
 Jonathæ, quem Auctorem hujus Targum non esse, tam  
 stylus, quam res ipsa loquitur, ut fidem Galatino de A. C.  
 V. L. I. c. 3. l. 3. c. 5. & l. 10. c. 4. id absque idoneis antiqui-  
 orum testimoniis perhibenti, facile non adhibeamus. Con-  
 stat enim dubioque prorsus omni caret, quam sublestæ hic  
 ex Judæo Christianorum proselytus sit fidei, sicubi ducem  
 suum Porchetum, de victoriâ adversus Judæos potius, quam  
 Raymundum deserit. Vulgo istud Targum Josepho Lu-  
 sco adscribitur, de quo quando vixerit, discrepantes sunt  
 auctorum sententiæ, aliis illum prorsus incertum statuen-  
 tibus. Alioquin candem cum Chamiero hic fovent sen-  
 tentiam, de adhîbitâ à Christo in cruce pendente, Chal-  
 daicâ lingvâ, B. Schickard, Bechinnath, Happerusch, Disp. I.

Hotting. Thes. Phil. I. 1. c. 3. p. 255. atque Leusd. Phil. Hebr. mixto. Quorum sententiae lubentes subscriberemus, nisi Evangelista Marcus indice quasi digito idioma, quod Christus adhibuit, ostensurus, pro Hebrais Chaldaisque communi אֱלֹהִים אֱלֹהִים אֱלֹהִים אֱלֹהִים, quod neutquam pro Chaldaeo poterit venditari, nam chaldaicè אֱלֹהִים אֱלֹהִים אֱלֹהִים אֱלֹהִים dicendum scribendumque fuisset. Nec dubium movebit quispiam ex Eliæ ad R. Mosis Kimchi שְׁבּוֹלֵי הָרָעָה verbis, qui I. 1. port. 4. c. 7. p. 88. edit. L' Emp. Hispanos aliasque, ut vocat, barbaros in pronunciando eundem τῶ (-) ac (-) sonum tribuentes, veram ac genuinam proferendæ hujus vocalis rationem non callere existimat, quippe quæ sonum teneat inter patach & cholem medium; Hæc namque legendi ratio, quam Germani Poloniq; Judæi hodienum sequntur, plaustro argumentorum à Venerab. Præceptore nostro Danzio, Gramm. hebr. p. 45. ss. est explosa, quæ huc transcribere nil attinet. Quod verò scribunt nonnulli, dici etiam potuisse Ελωαί, id in prima grammatices rudimenta peccatum esse, omnibus, hebraica levi brachio tractantibus, notum perspectumque est. Multò minus Syriaca illa dixeris cum Mayero, qui Phil. p. 2. c. 2. theor. 1. p. 20. scribere non veretur: *Quis nisi Carneades dubitare ausit, Ελωαί esse Syrum אֱלֹהִים, quod & Syrus Paraphrastes hoc loco adhibet, nam istis אֱלֹהִים Deum significat, אֱלֹהִים Deum meum.* In quibus vice plus simplici à janua aberrasse videtur; primo enim non ελωαί dici scribive græce debuisse, sed αλωαί, quoniam Syri, ut constat, non סְבּוֹלֵי legunt, nec enim ipsi scheva sub ל tolerant, sed mutant nisi in verbo aut nomine origine græco fuerit, communissimè & ordinariè in פ, quam pronunciationem ipsi quoque Syri, interque hos nominatim Georg. Amira, Lud. de Dieu præf. Apoc. teste, approbant. Deinceps neque αλωαί sed αλω ex supra com-

commonstratis legendum fuisset. Ipse igitur Mayerus videtur, quam solide hinc convellat, Viri cujusdam, ut loqui amat, doctissimi (Dan. scil. Schwenteri) assertum: *Zekopho Syrorum in N. T. à Spiritu S. semper per A. expressum esse, non autem per O., excepto unico loco aut vocabulo γολγοθα Matth. 27. 33.* Cum itaque certum sit, priora hujus sententiae verba, Christum in eâ protulisse lingvâ, quâ per Davidem primum fuerant consignata, ratio nulla appareat, ecce ultimum itidem non hebraicè potius quâm chaldaicè fuisset elocutus. Insuper λόγια prout apud Marcum l.c. occurrit, hebraicum esse largiuntur plerique omnes, chaldaicè enim sonat לֶמֶת sine Dagesch forti, de quo infrâ dicemus pluribus. Denique accedit, quod nequidem in Targum Psalm. 22. occurrat illud נָמָת, sed potius מְתוּלָה, nullâ igitur ratione Salvator verba ex Chaldaica hujus loci Paraphrasi desumisse, dici potest. Cum Drusio Parall. sacr. in h.l. atque Leusden. l.c. ad Paraphrasin non amplius extantem provocare, minus tutum videtur, quis enim, ait B. Pfeiff. Crrit. Sacr. c. 8. seq. 2. qu. 2. p. m. 234. certiores nos faciet, quod cum Salvatoris allegationibus consenserit. Imo quis probabit solide, unquam aliud Targum in Psalmos vulgo receptum extitisse, quâm hodiernum, hæc quoad non fuerint probata, frustra scribit Drusius loco jam dicto: *Non abs re arbitramur, pleraque testimonia V. T. citata esse ex traductione Chaldaicâ eâ, quâ tunc vulgo uebantur, que si jam extaret, haud dubiè nos juvaret in his locis conciliandis, dirimendaque pugnâ, sicubi disidere videantur.*

§. VIII. Syriacè Salvatorem nostrum hæc elocutum fuisse, inquit ad loc. Matth. Ligthf. H. H. p. 494. seq. scribens: *Christum Syriacâ dialecto hic usum, satis arguit vox οὐβαχτινή; Dubium, referrine huc debeat Hacksp. not. phil. ad Ps. 22. Jacobus Martini, inquiens, L. de 3. Elohim vult, Christum in cruce verba hebraicè protulisse, sed minus recte sentit. Verba enim que protulit tunc Christus, Syriaca vel Chaldaica erant; dubitanter enim loquitur, perinde ut Münsterus h.l.*

qui ait: *Ut Christus apud vulgares homines, in omnibus lingvâ vulgari est usus, b. e. Chaldaica seu Syriaca, ita quoque in cruce lingvâ illa hanc querelam expressit.* Potius provocabimus ad Drusium, qui in not. ad Parall. sacr. ad voc. Sebact. inquit: *Syriacè Christus locutus est, non igitur mirum, si usus est verbo ejus lingvæ.* Enim verò hanc sententiam vel ipse vocum sonus formaque externa profigare videtur; Licet non sustineamus cum quibusdam audacter affirmare, vocem 

 Syris prorsus esse inusitatam (ut Grotius suâ in h.l. crisi supersedere potuisset, quando apud Syrum transpositionem per errorem  pro  faëtam, frustra temereque statuit) quippe quæ occurrit Jesa. 14. 13. & Gen. 35. 10. & fortè etiam alibi. Patet tamen nihilominus, Evangelistæ non  , sed   scriendum fuisse, quandoquidem analogia docet, nullam literam quiescentem absque vocali subscriptâ posse moveri, unde Ligthf. I. c. verbis antea allatis immediate subjicit: *At vox Eli Eli parum Syrisat.* Nec adstantes in eam devenissent opinionem, ac si Christus in subsidium vocaret Eliam, moribundis ex ipsorum hypothesi subvenientem, & arcana revealantem. Reliqua etiam non magis cum Syrorum voci bus convenient, ceu utrasque conferenti obscurum esse non potest.

§. IX. Erasmus igitur atque Beza in h.l. statuunt, Christum verba prout Psalm. 22. extant, adhibuisse invaria ta. Illius verba sunt: *Probabile est Christum verba Psalmi pronunciasse, ut ab ipso Psalmographo scripta sunt.* Hic verò notat: *Ego Christum omnino arbitror, ipsas Davidis voces hebreas usurpasse, & sic totum hunc locum scriendum esse, id quod etiam apparet ex manifestiore paranomasia Eli & Eliae.* Atque huic sententia & nos adstipulamur, existimantes, sic omnibus difficultatibus rectissimè obviamiri posse, si dicamus, Christum de cruce pendentem, mortique vicinum, more Ju dorum precantium, verba usurpasse Psalm. 22. merè he braica

braica, id quod apud Matthæum duæ, apud Marcum vero tres priores voces, manifestò innuunt. His admissis patet, quà ratione adstantium nonnulli colegerint, Eliam ab optimo Salvatore nostro fuisse invocatum, sive id ex ignorantia Hebraismi, sive, quod magis fit probabile, per sarcasnum & lusum factum dixeris. Evangelista retiner priora Christi formalia verba, ut occasionem affictæ Christo a Judæis sententiæ lectori subministraret, ad quam quia posteriora non adeo facere videbantur, substituit in locum illorum Chaldaica, iisdem tunc magis nota; non quasi Christus ea sic permiscuerit, sed ut Judæorum consuleret inscitiae. Eadem propemodum ratione, quà Syrus pro usi-

tatori suo ﺱِنْدَرُ ﺱِنْدَرُ vel ﺱِنْدَرُ

adhibuit minus usitatum ﺱِنْدَرُ ﺱِنْدَرُ, reliquis cum magis vulgaribus commutatis. Ita enim videsmus, Christum in his terris agentem, se conformasse Judæorum placitis, verbo divino non adversantibus, qui cum malent preces in lingvâ hebræâ, et si non intellectâ, fundere, quâm in ullâ aliâ, & dicta in primis Scriptura eodem, quo tradita erant, idiomate proferre amabant, ita ut, postquam lingua hebræa inter ipsos jam pridem desierat esse vernacula, nihilominus κατὰ πᾶν σιβερίῳ Mosis legem curarent prælegi lingvâ hebraicâ, subjunctâ post quemvis versum interpretatione chaldaicâ. Unde ille scribendi ritus animadvertisit in antiquis Codicibus MSC, in quibus versuī hebraico finito, continuâ serie subnectitur paraphras chaldaica. Sed pluribus de hoc verbis non est opus, posteaquam nec chaldaicè nec syriacè hæc protulisse Christum supra probatum fuit; nihil proinde amplius restabat, quam ut hebraicè id factum dicas. Reliquum est, ut de posterioribus λαμπά & σιβαχτῶι pauca subjiciamus, ea que, quæ scrupulum injicere posse videbantur, removeamus. Λαμπά, quod Matthæus scribit, dubio quidem omni-

care, si observes, scheva antiquis nullum certum fixum  
que sonum habuisse, sed modo vocalis subsequentis, (et-  
iam si non erat ante gutturalem, quod tradit Mos. Kimchi  
שְׁבִילֵי הַרְעָת I. i. part. 4. c. 5. p. 82. edit. L'Emp.) modo an-  
tecedentis sonum induisse, sequentia edocent exempla,  
Canaan, צָבָאות Rom. 9. 29. סְרוּם Sodoma,  
& Hieronym. in Prologo Galeato de Regum libris verba fa-  
ciens scribit: Quartus Malachim i. e. Regum: meliusque multò  
est Malachim i. e. Regum, quam Malachot i. e. regnorum dicere.  
Atque sic pro Chaldaico נֶכֶל Evangelista haud quamquam  
vitiosè posuit λαυρά. Marcus vero, quemadmodum est  
epitomator & explicator subinde Matthæi, ita prioribus  
duobus vocabulis hebr. Ελωι Ελωι jungit nunc tertium,  
λαυρά, ex ipso Psalm. 22. petitum, illudque scribit per M  
duplicatum, cum in Ps. cit. non nisi per simplex exaratum  
inveniatur, quia pro ultimo hebr. שְׁבִחָנָן substituit, æque  
ac Matthæus, Chald. שְׁבִקְרָנִי. Telle enim Abendana a-  
pud R. Sal. b. Mel. ad 2. Sam. 2. 22. fol. 67. col. 2. lin. 37. ss.  
כל למה שאחריו אחרן כאחות אהע הוא רפה  
ופלאו וראוי בפערת

כל למה שאחריו אחריך כתותות אהע הוא רפה  
טלהר וכאו חטשה ברגש ומלאיל זהה אחר מה-  
h. e., post quod sequitur una ex literis אהע, semper est  
absque dagesch in ת, tonumque habet in ultimâ, quinque locis ex-  
ceptis, ex quibus hic noster. 2.Sam.2.22. In Psalmo proinde citato,  
quemadmodum ex dictis potest intelligi, quia post vocem  
למה sequebatur verbum עובתני à gutturali ו incipiens,  
non imprimebatur תְּ מ dagesch, in cuius locum cum Mar-  
cus substituit Chaldaicum וּבָאֵתִי, cuius litera initialis  
ex gutturalibus dictis non erat, rectissimè comparet dageschi  
expressum. Et sic ex hac Marci allegatione nondum appa-  
ret, uti volebat Mayer. Phil. 1. 2. c. 2. theor. i. p. 88. Apostolo-  
rum tempore istam punctorum subtilitatem non observatam suisse,  
ut in bodiernis nostris codicibus observari videmus. Ultimum  
וּבָאֵתִי non esse Syriacum, ex haec tenus traditis ul-  
teriori probatione non eget, Syriacè enim sonaret.

¶. Nec hebraicum dixerit qui vel duas lineas hebraicas legere didicit Chaldaicum itaque est, unius organi litteris inter se permutatis, quod linguis orientalibus frequentissimum esse, nemo est qui inficias eat; conservis, quæ ad os atheis obthurandum, de hac voce montuit Famigeratiss. Danzius Gram. Hebr. p. 13. Atque in hujus vocis significatione eruenda opem suam egregiam confert Syrus, qui eā in sensu deserendi juxta cum Chaldaeo utitur frequentissimè, ut Matth. 13. 36. c. 5. 32. Dan. 4. 23. c. 2. 44. Adeoque impertinens est Bellarm. L. 2. c. 6. de V. D. fol. 35. crisis, qui sic scribit: *Quod in greco & latino habemus sebastani non habemus iherosabatani, ut esse debuit, factum est, ut facilius pronunciaretur, quemadmodum dicere solemus Iisaiam, Ezechiam, Hieremiam, Asserum, & alia hujusmodi pro Iesayah, Iirmayah, Chizkiah, Achasveros, & aliis hebraicis durissimis vocibus; quem hoc nomine, pluribus refutatum lege apud Mayer. l. saepius c. p. 84.*

§. X. Non possumus tamen probare audacem Bezae censuram, qui l. c. existimat, ita hæc verba scribenda fuisse, prout ea Salvator sit prolocutus. Quasi vero nostrum fit, Spiritui S. per homines Θεοπνέυστος loquenti modum præscribere, quibus verbis, quâve ratione illud agere debeat, & non potius in ejus arbitrio situm, unam eandemque sententiam aliis iisque vel clarioribus, vel magis emphaticis vocabulis exprimere, quam ea fuerunt, quæ primiti sententiae. Autores usurparant. Sufficit, eandem à Matthæo pariter ac Marco Spiritus S. ducitu traditam nobis esse mentem ac sententiam, verbis illis, quæ Christus addibuit, synonymis. §. enim præcedente affatim exemplorum adduximus, quibus dilucidè, & quod dici solet, ad oculum ostenderemus, Chaldaeo-Syr. שְׁבָתָן idem prorsus significare, quod hebr. שְׁבָתָן. Si quis in jam dictis nolit acquiescere, eaque πάτερ καὶ λαός Θεοπνευστιा refragari morosius contendat, eum ad Marcum ablegabimus, substituentem pro Matthæi Ἡλὶ Ἡλὶ suum Ἔλατ Ἔλατ, item que

que pro λαυὰ suum λαυμᾶ, & respondeat tunc, utrum Marcus perinde ut Matthæus, ductu & impulsu Spiritus S. Evangelium suum concinnarit, nec ne? certè Christianus hoc non inficiabitur. Ex hoc igitur loco facile constabit, liberum esse Divino Spiritui, rem eandem, ordine verbisque mutatis, sensu tamen manente eodem, enunciare. Segetem harum discrepantiarum uberrimam ex V. T. libris dabunt Regg. atque Chron. itemque Samuel. libri, & Psalmi inter se collati, ex quibus aliquot producere licebit 1. Reg. 22. 2. ss. coll. cum 2. Paral. 18. 2. ss. item 2. Sam. 22. quem locum à Ps. 18. plusquam nonagesies discrepare, juxta classes suas notavit celeb. Tübinger Philologus, felicissimus ille, nominum proprietum indagator, Matth. Hillerus, in suo Arcano Keri & Ketif l. i. c. i. p. 14. ss. Quin ex ipsis Judæis diligentissimus & accuratisimus coherentia Scripturarum indagator, Don Isaac Abarb. in Prophetas priores fol. 175. col. i. lin. 16. fin. scribit: **בשורת בשנו ואניחפשתו**

**המקורה ומצאו בה שבעה הלוויות**  
*Ego diligenter scrutatus sum canticum hoc in duobus locis descriptum, & deprehendi in eo 74. discrepancies. Aliquot etiam inter Psalm. 19. & 105. cum 1. Paral. 17. collatum monstratur idem ibid. lin. 12. Atque in varietatum illarum causas proxime inquirit, easque ex scopo, quem David sibi utroque præfixerat, diverso, l. c. lin. penult. laborat dare expeditas. Manet itaque etiamnum utriusque Evangelii θεοπνευσία inconcussa, & fides græcorum codicum illæsa atque intermerata, nec quicquam corruptionis in illis statuitur, quia prout primùm ab Auctore profecti legerunt οὐβαχθαῖ, ita etiamnum illud tenent invariatum.*

§. XI. At satis diu circa primum locum hæsimus, pedem nunc moveamus ad alium, quem exhibit nobis Paulus 1. Corinth. 16. 22. dum ei qui Christum non diligat, anathema denunciat sequentem in modum: *εἰ ν̄ εἰ φιλεῖ τὸν κύριον ἵντεν χρεῖσθαι οὐτω αὐτός θεμα μαρτύριον.*  
*Quia*

Quæ postremæ voces cum partim in hebræa, partim in græca lingua significatum non obtineant convenientem, Interpretibus aniam præbuere, ut mirum in modum in his explicandis dissiderent ab invicem. Balduin. conim. in h.l. p.m. 556. inquit: *Mæḡv d̄ Jā Chaldeis est maramatha*, quod idem est ac hebreum cherem execratio ac condemnatio. Quanquam vero vox מָרָתָה propriè sit Chaldaica, atque ex eadem lingvâ commodè satis explicitur, non obstante quod in ipsâ quoque lingvâ hebræa ejusdem aliquis sit usus; nulla tamen vox apud Chaldaeos occurrit, quæ scribatur מָרָתָה: & si occurreret, parum profectò ad præsens esset factura, quia Divus Apostolus non μαραθή πέρ μ, sed μαραθή πέρ ν, exaravit. Sed de eo, an cum hebr. מָרָתָה quoad sensum conveniat? videri possunt Pfeiff. Antiq. hebr. Specim. Dec. 3. pos. 2. p. 61. ss. & Lightf. H.H. h.l. Eodem censu habenda est B. Sal. Gesneri sententia, quam in Psalm. 12. ita exponit ipse: *Videtur Syriacum μαραθή, præpositâ literâ heemanthi, ab Aram descendere, qui erat filius Sem, à quo Arania sive potius Armenia, que postea vocata est Syria, ut appareat Gen. 10. 22. ut Syri ad generis sui auctorem respicientes, Deum & Dominum nominarint μαραθή, sicut idoloni Maram, quod Arami fuit, suo adhuc tempore extitisse in Phœnicia, testatur Hieronymus.* Quæ derivatio magis contorta est, quam precedens; siquidem non facile liquet, quâ ratione vox μαραθή ab Aram, præpositâ literâ heemanthicâ, queat derivari, ut ejus significatio sit maneatque Dominus, quod ex Hieronym. Theophyl. &c. afferuerat. Alii cum B. Luthero in glossa marginali adjiciente, der sey vechannet zum Tode/ hunc locum exponunt, quasi legatur מָרָתָה מְרָתָם maledictus mortis seu ad mortem, cui sententia adeo est addictus Rauppius, ut in Lexico suo ad hanc vocem, in N.T. codd. ita legendum ac corrigendum esse existimet. Frustra vero ad violentam adeo nodi non Gordii dissecationem, gladio Alexandrino perficiendam, confugit, si solutio ejus dari potest magis plana ac expedita, quam mox afferemus. Tolerabilior est quorundam explicatio, qui eam ex מָרָתָם & מְרָתָה maledictus Tu, conflata,

tam statuunt, quasi Paulus ad anathematizandum conver-  
sus, his verbis eundem allocutus fuisset; Quamvis & illa  
cum præsenti N. T. lectione vix ac nevix quidem queat  
conciliari. B. quidem Lutherum hanc vocem secundum  
significationem suam propriam non transtulisse, mirum  
haud est, quia Lutheri tempore Syrus N. T. codex in Ger-  
mania nondum extitit excusus, quippe qui integro ferme  
decennio post obitum ejus, luci publicæ sumtibus Regis  
expositus fuit. Nec dubium, quin Lutherus noster, si co-  
pia hujus codicis ipsi fuisset data, non tantum hunc locum,  
sed & alia obscuriora, lingvæ Syriacæ beneficio, egregie il-  
lustrasset. Propius ad rem accedere videtur B. Hierony-  
mus, qui in Epist. 137. ad Marcellam f. 325. de hoc loco scri-  
bit: *Maranatha magis Syrum est quam hebreum, tametsi ex con-*  
*finio utrarumque lingvarum, aliquid hebreum sonet, & interpre-*  
*tetur, Dominus noster venit: ut sit sensus, si quis non amat Domini-*  
*nun Jesum Christum, anathema sit; & illo completo deinceps in-*  
*feratur: Dominus noster venit. Quod superfluum sit, odiis per-*  
*tinacibus adversus eum velle contendere, quem venissi jam confit.*  
Syrus ad indubitatem vocum significationem deducit, quan-  
do reddidit: ۲۱ ۴۵ ۳۰ ۱۰۷


fit anathema Dominus noster venit, sive, ut Cornel. à Lap. h.l.  
p. 313. in optativo verti mavult: *Dominus noster veniat*, vel  
quemadmodum Armenus cit. Pfeiff. in Exot. reddidit: *ad-*  
*veniente Domino*. Est enim vox Syriaca ۴۵ ۱۰۷ alioquin  
absque suffixo ۲۱ perinde ut verbum ۲۱ in plu-  
ribus N. T. paginis obvia, à quibus licet quoad sonum dis-  
crepent vocabula in græco textu expressa, quippe quarum  
formam chaldaicam esse, agnoscit etiam Vatablus in h.l.  
nihilo fecius tamen in eruendo eorundem significatu, fa-  
cem lectori præfert, nec de formâ eum, sit modo lingvæ  
Syriacæ non planè rudis, dubitantem dimittit. Nam si cui  
cognitum est atque perspectum, quod Syri pro Chald. (۴)  
suum

suum Skopho adhibeant, ceu vel solum particip. præsens,  
conj. peal, ut alia exempla omittam, docet, ex **¶ 21** **¶ 25**  
confestim producet *μαργάν ἡρόν*. Si insuper norit, quod Syri  
pro Scheva sub **I** in verbis nominibusque origine græcis,  
adhibeant communissimè suum Rvozo, facile perspicit chal-  
daicè illud in (·) fuisse mutandum, juxta venerab. nostri  
Danzii Aditum Syriae Reclus. §. 20. 2. coll. Inst. Hebræo-Chald.  
§. 25. l. 1. quâ ratione habebit voces formâ communissimâ  
præditas, significationem exhibentes aptissimam, ut non  
possit non mirari varios variorum in re tam plana errores.

§. XII. Alius iterum locus est Marc. 5. 41. ubi Chri-  
stus ad defunctam Jairi filiam inquit: *Ταλιθα καὶ ψυχήν*. Ver-  
borum explicationem ipse Evangelista subjungit tam cla-  
ram, ut de istorum sensu dubitare, sit in meridiana luce  
cœcutire. Attamen Interpretes lingvæ Chaldæo-Syriacæ  
minus periti, circa utramque aberrarunt. Operæ igitur  
pretium nos facturos credimus, si de utrâque paucis ege-  
rimus. Hieronymus quippe Zegero teste locum hunc  
ex Actor. 9. vers. 36. corrigendum, & pro Talitha Ta-  
bita (in hodiernis tamen Hieron. editionibus constanter  
legitur Talitha) scribendum esse duxit, quod est nomen  
proprium Joppensis fœmellæ, *damam* vel *capream* signifi-  
cans, quodque non scribendum est Thabia, ut censet Joh.  
Reuchlin. sive, ut auctore & svasore familiari suo Hermo-  
lao Barbaro, græcâ voce synonymâ se appellavit, Capnio.  
Multò minus huc quadrat illa quorundam expositio apud  
B. Pfeiff. D.V. h.l. qui ex radice *תָלִיתְיָה* intueri le-  
gendum divinarunt, ac per *refrice* seu *tolle oculos* sunt inter-  
pretati. Omnia è diametro expositioni ab Evangelista ad-  
jecta repugnantia. Namque hic loci Evangelista vocem  
*Ταλιθα* non reddit *capream* ut Act. 9. sed *κορεγὸν πυελλὰ*.  
Quod forte animadvertis ipsæ Hieronymus, quare tam in  
lib. de Nominibus Hebraicis f. 441. (si modo auctor est hu-

jusce) quam in Ep. ad Pamach. Cl. f. 280. constanter Tālithā  
scr̄bit non Tabitha, hancque Lucas d. in l. non res̄ifice vel occi-  
los atolle, sed δορκάς caprea interpretatur; quod est ipsissimum

Syrorum ☰ Δαλιθά Chaldæorumque אַלְתִּי ex He-  
breorum עֲבָדָה, & pro more in τῷ mutato, Schevā, etiam si non  
sequatur vel pr̄cedat Α, nihilominus ita sonante, perinde  
ut pro בְּנֵי יִשְׂרָאֵל Jes. 8. 23. LXX. pariter atque Matthæus  
c. 4. 15. γαλιλαῖα τῶν ἕθνῶν pronunciant, item pro שְׁמֹאָל  
Σαμάָאָל, בְּרוּשִׁין פְּאַגְּסָאָוָו, מְהֻשֶּׁלָּחָו Mat̄. 10. 4. ισκαριώτης. Nec  
quicquam proficit Zegerus, qui, cum quædam exemplaria  
eaque veterum plurima, Ταβιθά, alia Ταλιθά legant,  
Se induci in suspicionem, ait, vocabulum hoc antiquitus indiffe-  
renter scribi solitum, modo per λ modo per β, quemadmodum vi-  
demus fieri in Βεελζεύδα & Βεελζεύδε; dubitari enim adhuc  
potest, si ne Βεελζεύδα idem ac Βεελζεύδε Eckronitarum  
idolum 2. Reg. 1. 2. ? illud enim parum ad Archidiabolum  
quadraret. Potius existimaram⁹ זְבוּלָן Stercore, (quo nomi-  
ne communi ac generali quodvis idolum, ceu maximè ex-  
crandum Judæos appellataſſe, ex Hierol. Berach. common-  
strat in h. l. Lightf.) בָּעֵל זְבוּל h. l. dictum fuſſe Dæmo-  
niorum principem, quasi Dominum idololatriæ, mali in his  
terrīs, ex Judæorum mente pessimi: pr̄sertim cum exem-  
plaria castigatoriæ accurriatioraque non agnoscant Βεελζεύδε  
sed Βεελζεύδα. Potuit illa diversa quorundam codi-  
cum lectio originem traxisse ex Patris cuiusdam ad h. l.  
animadversione, quam fortassis quidam illius auctoritatē  
nimium tribuentes, tanquam notam usui futuram margini  
illeverunt, at error deinceps descriptorum textui ipsi hanc  
inseruit, prout alicubi factum esse, observamus atque do-  
lemus. Interea tamen sunt, teste Erasmo, vetustissimi  
codd. Donatianici & Constantiensis, qui vocem legunt per  
λ, unde confidenter scribit in h. l. Drusius: Tabitha ηγε-  
mendum manifestum est, quod me auctore eluendum ex hoc loco,  
ubi

ubi scriptum Talitha kumi; noli dubitare quin hac scriptura venuit. Idque egregie confirmare videtur, diversa planè intrroque ioco explicatio, ex qua constat, unum horum proprium esse, alterum appellativum, quæ neutquam confundenda. Circa alterum verbum Kumi, Divus Chrysostomus (Si modo Homiliæ in Marcum per Gulielmum Parvum Trecassinx primum, deinde Sylvanectensis Ecclesiæ Episcopum & Parisiis Theologæ Doctorem sub ejus nomine evulgatae, non mentiuntur autorem.) finale iod affomatitum, cum suffixo primæ personæ perperam confundit, quando Homil. 7. in Marcum scribit: *Ait ergo Talitha kumi, quod interpretatur pueræ surge mihi, si diceret Talitha kum, interpretaretur pueræ surge.* Nunc vero, quia dixit Talitha kumi, interpretatur de Syrâ & Hebreâ lingvâ, pueræ surge mihi. Kumi, b.e. surge mihi. Et paucis interjectis denuò: *Et aliter possumus dicere: quia renasceris, pueræ vocaberis, Pueræ surge mihi, non tuo merito, sed mea gratia: mihi ergo surge quod sanaris, non ex tuis virtutibus.* Fallitur dum opinatur, sine pronominis connotatione dicendum fuisse, Talitha kum, quia enim Talitha est gen. sc̄em. nullā ratione kum dici scribive poterat per ea, quæ communi consensu exemplis sat copiosis confirmata docent Grammatici, verbum cum nominativo suo præmittendo, in numero non tantum ac personâ, sed genere etiam debere convenire. Sed prout tunc erant tempora, jacebant Biblia hebraica, iisque vulgo præferebatur in authentias thronum evecta LXX. Interpretum græca versio, contra quam disputans B. Hieroymus, multorum acerbæ contradictiones sustinuit, adversus quas in omnibus fermè libb. bibl. præfationibus sese defendit: vide sis Prolog. ejus Galeatum & præf. in Jobum. Omnibus hisce dubiolis haec tenus motis facile satis fiet, si quis non pigrabitur codicem Syrum consulere, is verba græca explicationis loco superaddita omittit, totamque sententiam duabus complectitur vocalis:  atque eo

eo ipso demonstrat, hæc sibi quasi propria in eo idiomate, nullâ prosus uberiori explicazione esse indiga. Est enim illa in utroque genere adeò frequens in N. T. paraphrasi, ut aliqua hic proferre exempla, chartâ temporeque abtentis fore, arbitrer. Hæc verò ex Hebraismo, quocum Chald. & Syriasm. eam habet communem, jam diu cognita habetur. Parvi momenti res est, utrum peccarit in eo Paraphrastes, quod reliqua, his ab Evangelista adjecta, omiserit penitus, non annexâ illorum explicazione, quam aliás sollicitè consuevit observare, v. g. Matth. 1. vers. 23.

אַמְּנָאֵל  
 & vocabunt אַמְּנָאֵל מִתְּקָנָה מִלְּעָדָה  
 nomen ejus Amanuel, quod exponitur nobiscum (est) Deus noster.  
 Act. 1. v. 19. וְאַמְּנָאֵל מִתְּקָנָה מִלְּעָדָה  
 מִתְּקָנָה מִלְּעָדָה מִתְּקָנָה מִלְּעָדָה  
 וְאַמְּנָאֵל מִתְּקָנָה מִלְּעָדָה

& ita vocatur ager iste in lingua istius loci Chekal-demo, cuius explicatio est ager sanguinis. Nihil enim summae rei hinc decebat; quamvis negari non possit, rectius facturum fuisse Syrum, si ad exemplum allatorum, verbis synonymis, more Evangelistæ, explanationem apposuisset. Gravius est, quod de vocibus à Marco interjectis, tibi dico, movet Erasmus, qui nescius est, cuinam easdem tribuat, Evangelistæ? an alii cuidam? Ad quod benè respondet Hieronymus, Epist. Cl. ad Pammach. de optimo genere interpretandi c. 3. f. 280. hisce in verbis: Arguatur Evangelista mendacii, quare addiderit tibi dico? cum in hebreaco tantum sit puella surge; sed ut ἐμφεύγῃ faceret, & sensum vocantis & imperantis exprimeret, addidit tibi dico. Conf. Lightf. H. H. Grot. in h.l. Pfeiff. in D. V. aliquique plures. §.XIII.

§. XIII. Quando Christus Marc. 3. 17. Jacobo, cui, ad differentiam Jacobi minoris Alphæi filii, cognomen erat Majori, atque Johanni, Zebedæi filiis, novum nomen imposuit, eosque vocavit *βαπτιστæ*, quod Evangelista *τον τριου* *filios*; interpretatur, istud nomen interpretes de illius etymo ac derivatione sollicitos multum exercuit, quorum aliqui eō, quod non invenirent, ubi pedem figerent, ad violentam confugerunt solutionem, statuentes aliter apud Evangelistam legendum scribendumque esse, quam communiter legant codices. Drusius inquit: *Noli ambigere quin scribendum sit Bene reēm*, cuius sententia etiam fuisse videtur Hieronymus tam in comm. in Dan. i. quam in libr. de Nomin. hebr. existimans, emedatis hic legi *Benerabam*. Greg. Franc. in Lexic. Sancto n. 165. p. 211. arbitratur, Christum biblico nomine uti voluisse, veritati consentaneum, hinc ait novo illos nomine ex Jos. 19. 45. בָּנִים, quod *filios fulguris* significet, fuisse insignitos. Sed vero haec omnes, & si quæ id genus aliae fuerint vocis derivationes ac interpretationes, vel eo nomine forent repudiandæ, quod constantem veterum pariter ac recentiorum probatiorum codd. fidem suspectam reddant, & cum nullum sit dubium, quin Evangelista ipsissima Christi verba retinuerit, prout edisseruerat, hanc responsonem admitti non posse, meridianâ luce clarius est. Nec dici potest, nomen illud ab Evangelista verbis synonymis, notioribus tamen fuisse expressum; Fidi enim historici erat, personarum nomina fideliter tradere, prout primitus erant imposita, etiamsi in illorum gratiam, quibus scribit, explicationem vocabulis clarioribus conceptam annuetat. Nam, quod reētè in simili argumendo afferit Maj. Diff. SS. Loc. 5. cap. i. §. 13. *Propria nomina in omnibus linguis servantur & servari debent. Si autem mutantur, non diei possunt nomina, à primis auctoribus imposta, sed excogitata ab aliis, & ad similitudinem quandam efficta. Propius igitur accedere videntur, quæ ad hunc locum tradunt Vatablus & Grotius, quorum hic ex בָּנִים & שְׁעָרִים maximam*

com-

commotionem denotante id conatur deducere, ille autem scribit: *Boanerges vox corrupta, pro qua hebraicè legeretur Benerves.* Neque tamen ista per omnia satisfaciunt. Nam et si negari haud possit, Grotii sententiam literæ ψ pronunciatione pristinâ juvari non nihil, quatenus eidem sonum τὸς g. tribuebant, ut ex voce עֲמֹרָה, quam LXX. Interpretes Novique T. Auctores, per Gomorra enunciant, videre est: non tamen liquet, quā pro ψ poni potuerit ψ, illudque cum hoc permutari; citra omnem hoc fieri analogiam, perswasum mibi est. Vatablus vero, praterquam quod corruptionem nimis facile in N. T. statuat, proximè ad veritatem accessisse videtur, cuius etiam mentem approbat Syra N. T. paraphrasis, quæ hūc collata omnem de lectione vocis litem tollit, dum constanter סְנִיר legit, quod chaldaicè sonat שְׁנִיר ceu hodieum extat in textu græco. Eandem insuper cum Evangelista explicationem tenet idem, dum ita reddit סְנִיר לְשָׁנָה בְּנֵי שְׁנִיר בְּנֵי שְׁנִיר


שְׁנִיר

Imposuit illis nomen benaj regesch, quod est filii sonitru. Est autem vox שְׁנִיר in Hebr. Chald. & Syriacâ lingvâ tritissima, à sing. שְׁנִיר etiam in Targum i. Chron. 17.ii. occurrente, contra quam notavit Buxt. L. T. hâc voce, singularem in Targum esse inusitatum. Alterum שְׁנִיר non minus frequens est in sensu commotionis, strepitus, tumultus, ut exempla hic afferre non videatur necessarium. Dubio vero illi, quod h.l. Beza & Vatablus movent, quod hic extet βοαιεγῆς, non vero βεεγῆς, occurrit Hugo Brughtonus cit. Lightf. H. H. h.l. verbis sequentibus: *Judei in hunc usq[ue] diem cœva per o[rum] enunciant, ut Noabbim pro Nebbim. Sic Boanerges cum Theod. Beza Benerves scriptum velit, ipsi Judei Evangelium nostrum defendunt.* Castellum à Josepho de B.I. l.5. c.3. lat. græc. c. x. d.

❀ (65) ❀

c. ad. **פִּצְרָה** vocatum, ap. Strabonem Geogr. I. 16. f. 516.  
**שְׁבִילֵי** הוועת appellatur. Quin ipse Moses Kimchi  
והשלישי אם יבוא אחריו אחד משאר  
האותיות תזרח נקורה באיזו תנעה שתהיה קרויען  
sequitur illud una ex reliquis (preter gutturales aut jod) literis  
notata quacunque vocali, erit τὸ scheva lectio ad Kamez sese ac-  
commmodans. Testatur vero in suis ad locum citatum addi-  
tamentis, Elias, Kamez Tiberiensibus, legitimæ pronuncia-  
tionis peritissimis, ita efferri consuetum fuisse, ut sonum  
obtinaret ex O atque A mixtum, ita ut sonus τὸ Scheva præva-  
leret nihilominus. Lud. de Dieu prefat. ad Apoc. Syr. ait:  
Memini me ex clarissimo Viro Domino Erpenio audire, babere se  
ex ore doctissimi cuiusdam Maronite, nullis preceptis grammaticis,  
ac vix vivâ voce doceri posse, quem sonum scheva habeat apud Sy-  
ros, presertim sub gutturalibus. Insolens vero illud non est,  
ut duabus vocibus in unam coalescentibus, (quod in primis  
in nominibus propriis frequens) scheva in medio negliga-  
tur penitus, cum apud Chaldaeos scheva etiam post vocalem  
longam quiescat. Denique quod τὸ שׂ per S. nudum effe-  
rat Evangelista, neglecta aspiratione, id græci pariter atque  
latini, necessitate quâdam adacti faciunt, quia literam huic  
sono æquivalentem non habent, quod confirmant voces  
**שְׁמוֹאֵל** Samuel, **שָׁאוֹל** Saul, **שָׁלוֹם** Salomo, aliaque plura  
passim obvia. Rationem appellationis pluribus indagat  
Lightf. l. c. Nobis Pfeiff. ad h. l. verba non displicant: Sunt,  
inquietis, filii Zebedei, βοῶτες γῆρας οὐκέτης ob-  
δύωπιν in dicendo vocati, conf. Raupp. Lexic. ad voc.  
Tonitru.

§. XIV. Pergimus nunc ad aliud Scripturæ vocabulum,  
quod non minus exercuit Viros etiam Doctissimos. Est illud  
nomen *natorii* Joh. 5. 2. (ita enim malumus græcum κολυμ-  
βῆσες vertere, quam ut vulgo fieri solet per piscinam) quod  
à causâ supernaturali commotum sanitatem conferebat,

primum in illud demisso. Nec enim subscribere possumus Experientiæ Bartholini sententiaz: qui aquaz hujus commotionem ad causam naturalem refert, dum certo anni tempore ex aquæ fundo minerali prorupisse ait tincturam, quæ ex fune mota ascenderit sursum, & ægrum aqua illa tinctum sanaverit. Huic enim sententiaz expressa Scriptura litera insigniter refragatur, quæ vers. 4. ex amissi eidem contradicit: Αγγελος δοκει την κατεβαινειν; Angelus enim Domini certo tempore descendebat. Nec quicquam huic dubio satisfacit Bartholinus dicendo: Angelus Dei dicitur h. l. ordinatio Dei in causâ illâ naturali ad sanandam compositionem. Probari enim primo debuisset, ipsis naturæ motibus à Deo constitutis, unquam Angeli nomen tribui, quo obtento, amplius etiam demonstrandum, illud h. l. ita accipi posse ac debere vocabulum. Posse quidem; quia dicitur κατέβαινειν, non vero ἀνέβαινειν ascendit. Debere autem; quia uno tantum motu nonnisi unicus sanabatur: cum, si causa fuisset naturalis, dubio procul omnes, qui sub idem tempore ingredi festinasset, fuissent quoque sanati, prout rectè urget Animadvers. parad. in h. l. Eques Anglus Eruditiss. Nortonus Knatchbull. Hoc natatorium ab insigni hac, quam Deus statu anni tempore, (juxta quosdam ex vers. 1. ipso paschatis festo) ægre decumbenti exhibuit, vocatum fuisse Bethesdam, Author in h. l. est Paraphrastes Syrus, Evangelistæ Joh. 5. 2. verba Εσί δὲ εν τοις ιεροσολύμοις Επὶ τῇ πρεσβυτερίᾳ (subintellige πύλῃ ex Nehem. 3. 1. 32.) κολυμβηθεῖσα η ἐπιλεγομένη ἐβραϊκὴ βεβίσδα, hunc in modum transferens: 

Erat vero ibi Hierosolymis locus quidam baptismi, qui vocatur Hebraicæ

*braicè locus misericordie.* Ita enim dicitur, Interpretè B. Glassio Phil. L. i. tr. 4. sect. 2. p. m. 236. idè, quod in eo Deus benigne potentiam & misericordiam suam exercebat, in curandis quibusvis morbis. בֵּית enim Syriacè pariter ac Hebraicè Chaldaicè que in statu constructo positum, domum, locum seu continens quodvis significat; exemplorum abunde dabit noster Danzius Interpr. Hebr. Chald. §. 28. חַסְרָא vero Syrorum Chaldaeorumve opprobrium non tantum, sed gratiam quoque & misericordiam denotat, ut videre est ad Rom. 15. 3. haud secus ac hebr. חַסְדָּךְ ut plurimum & ordinariè gratiam designat & benignitatem, interdum vero (v.g. Lev. 20. 17. Prov. 14. 34.) probrum & turpitudinem: sive id factum dicas, ut communiter fieri solet, καὶ ἀντίρεγον uni eidemque voci diversas easdemque contrarias notiones tribui; sive ironiam, eadem manente vocis significatione, subesse statuas, nostrâ parum intererit. Amplius suâ isthac versione Syrus questionem de hoc loco motam illustrare nonnihil videtur ac explicare, quam movet Vir supra laudes nostras Lightf. H. H. h. l. An videlicet hic locus Bethesda, lotioni sacrificiorum Deo offerendorum fuerit destinatus, ut in eo sordes pecudum ante maestationem abluerentur, ceu hactenus creditum fuit communiter? Quam vero sententiam jam jam laudatus Lightf. l. c. satis probabiliter in dubium vocat, tum quia de eo, quod corpora, vellera, terga, ante maestationem fuerint lavanda, Sacra taceant paginæ, traditionesque Judæorum authenticæ, nec uspiam inter labes ac vitia, quibus bestiæ ad oblationem reddebantur ineptæ, id numeretur, quod non fuerint lotæ prius. Statuitque homines, ut in V. T. fieri solebat, variis casibus pollutos, in Bethesda lavari fuissent solitos, hâcque fini pro immunditiarum diversitate, quinque diversas hujus natatorii porticus fuisse, in quibus ante ablutionem vestes deponerent, post ablutionem resumerent, ac semper protecti essent à pluviosis. Cui etiam sententia haud obscure favet Syrus, ver-

tendo פָּתַח אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל פָּתַח פָּתַח

*locus quidam baptisterii; vox enim פָּתַח אֶת־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל ejusq; cognata sive conjugata potius, de hominum ablutione frequentissimè (conf. Matth. 3.14. 2. C. 2. 11.) sed de bestiarum nunquam prouersus, vel certè difficulter deprehendes. In eo tamen Syrum probare non possumus, quod περὶ οὐρανοῦ in sua paraphrasi planè omiserit. Quanquam enim loci hujus peritis, mentione de Bethesda factâ, satis constare poterat, eam versus probaticam portam sitam fuisse, non tam statim hoc patescet illis, qui hujus loci notitiâ nondum imbuti, Syrum textum legunt: Nec eâ propter textui quicquam erat detrahendum, qvum non tantum pro iis, qui Hierosolymis, sed alibi etiam locorum degebant, scriberetur. Rectius igitur fecisset, si vocem prædictam, uti decebat ac par erat, textui inseruisset; in primis cum ex eo, quod h. l. Evangelista ad portam probaticam Bethesdam fuisse testetur, Lundius im Levitischen Priesterthum. L. 3. c. 34. edit. recent. fol. 570. existimet, Lightfooti Chorogr. Joh. præm. c. 5. §. 1. p. 940. sententiam, quâ hoc natatorium Bethesda templo adeò propinquum non fuisse contendit. quâm quidem vulgo putatur, falsitatis posse convinci. Ad quod verò dubium responderat jam ante Lightf. Chorogr. scil. Matth. præmis. c. 26. p. 54. quin & in ipso à Lundio impugnato loco, cuius rationes omnino reliquit intactas. Sed ne de Bethesda pauca delibantes nodam in scirpo quæsi- visse videamus, perpendat B. L. varias variorum, easque doctissimorum, circa genuinam hujus vocis lectionem, enatas sententias. August. Tertull. Theophyl. Lyra, referente B. Frischmuth. Diss. de hac voce, legerunt Bethsaida, cuius etiam sententia, Zegero Judice, fuit Hieronymus, qui voluit locum hunc ex Joh. 1. 44. correxit. Ipse tamen Hieron. in locis Hebr. Tom. III. fol. 417. non scribit Bethsaida, ut ait Zegerus, sed בֵּית חֲסֹרָא. Reliqui verò Patres confundere*

dere videntur præsentis loci vocem cum Bethsaidâ, Andreæ ac Philippi Patriâ Joh. 1. 44. illudque interpretantur *domum venationis* seu *piscationis*, idque imprimis ideo, quod vocis etymologia, sive potius externa quedam in sono convenientia, huic opinioni aliquantis per favore videatur. Alii pro Bethesda legendū censuerunt בֵּית עֲרָי domus ornatus, ut Erasm. de Wolfgang. Muscul. prohibet. Quam vocis lectionē huc minus quadrare, exprimo vocabulorū apud Evangelistam aspectū, quivis facile judicabit. B. Brentius vocem ex נִוָּה h. e. *domus caprarum*, deducit, & hoc inde stabiliri posse existimat, quia sicuti in voce נַעֲרָה scribitur Esra non Esdra, ut dici scribive debebat: ita & in hâc voce pro sd putat apponi posse 7. Quæ tamen etymologia præsenti vocabulo parum est congrua. Primo enim i græci, non sequente consonâ, muspiam per sd protulerunt, ut scribit ad hunc locum B. Pfeiff. D.V. sed per ζ. sèpius: ut appareret ex his vocabulis בָּוֹזָה, עַזְרוּןָ אֶצְבְּאֵיָזָס, זְכְרֵיָזָס. Unde disceptant inter se Viri longè eruditissimi, num per ζ. an verò per S lenissimum efferrri hæc consona debeat? ac in eo reprehendunt vulgatum, quod pro hebr. עַזְרָה scripsérit Esdras, cum vel Esras, vel modo inverso, Edras exarari debisset. Quibus stantibus, scribendum h. l. pariter, foret Bethesda vel Bethesa. Deinceps (2.) obest huic B. Brentii sententiæ adjectum ab Evangelista vocabulum περιβάνη, quod si vellemus cum Bethesdâ in eodem efferre casu, quorsum derivatio haud obscurè tendit, sensum faceret sequentem: *Erat natatorium probaticum,* german. ein Schaf-Teich. Sed hanc expositionem infringeret extans in græco ἐπὶ præpositio, quam vel planè negligeres, vel si eandem admitteres, lacunam statuas in græco textu, necessum est. Quis enim sensus? *erat ad piscinam probaticam,* qua dicebatur hebraicè Bethesda &c. deesset enim altera propositionis pars ad sensum complendum necessaria. Omnia vero minimè assensum meretur ea, quæ à Pfeiff. l.c. & Beza in h.l. refertur, quorundam derivatio,

quà vetustissimi cuiusdam codicis auctoritate legunt Βελ-  
 ζετα, illudque dictum putant pro Bethzeda. Hunc enim  
 unum fuisse ex collibus Hierosolymitanis Joseph. de Bello  
 Jud. L. 6. c. 6. sec. divis. lat. (juxta græcam vero c. 13. ) testa-  
 tur, cum natatorium h. l. dicat Johan. Evangel. B. Brentii  
 comm. in Joh. sententiam, quà opinatur cum quibusdam, à  
 בֵית domus & רַשָׁה grex, i. e. domus gregalis, hoc nomen posse  
 dici constatum, pluribus examinare nil attinet, cum ipsi-  
 met non per omnia placeat, ob insignem, quà est inter-  
 utramque, differentiam. Alii apud B. Glassium Phil. l. 1. tr.  
 4. sect. 2. p. m. 237. deducunt à בֵית domus, & רַשָׁה in statu  
 emphatico אַרְשָׁה effusio, qui hanc denominandi rationem  
 suggerunt, quod aqua ibi non fuerit propria, sed infusa,  
 vel per canales eo dedueta. Quæ etiam sententia Magn.  
 Wagens. arridet Sotâ p. 307. dicenti: aquas illas, quibus Sacer-  
 dotes manus suas pedesque aut victimas abluerant, & que è labore  
 aeneo quotidie evanubantur ex templo manantes, alicubi stagnasse;  
 adeoque interpretatur receptaculum aquarum, quæ in tem-  
 ple fuere profusa. Lud. de Dieu putat ideo dictam fuisse  
 domum effusionis, quod ibi effusa sit aqua in oves ad ablue-  
 endas eas sordibus, cui etiam sententia addictus commu-  
 niter traditur Hieron. quia in locis Hebr. Tom III. pag. 417.  
 scribit: Hostias in eo lavari à Sacerdotibus solitas ferunt, unde &  
 nomen accepit. Hisque calculum suum addit Drusius in h. l.  
 Piscina (inquiens) erat Hierosolym. in qua lavabantur oves im-  
 molanda in templo, cuius meminit Benjamin in Itinerario per hac  
 verba: Ibi conspicitur in hunc usque diem piscina in qua macla-  
 bant victimas suas, ibi omnes Judæi scribunt nomina sua in parie-  
 te. Sed quām benē testis loco adhibeantur Benjaminis ver-  
 ba, quāmque validum sit ejus testimonium, me non per-  
 videre posse, haud quaquam diffiteor. Nec enim is de-  
 lotione pecudum, in sacrificium offerendarum, in hâc (ut  
 vult Drusius) piscinâ peragendâ, sed de immolatione ea-  
 atque ingenium, à fabulis non usque quaque alienum.  
 Constat

Constat enim, alibi quam in templo immolare sacrificia, se-  
verè interdictum fuisse: unde haud immerito Zegerus in  
h.l. inquit: *Utrum hoc verum sit viderint ipsi.*

§. XV. Posteaquam sera pœnitentia subiisset animum proditoris Judæ, quod ausu tam temerario Dominum ac Salvatorem suum in manus Judæorum tradidisset, maledictam nunc pecuniam, recusantibus eam Judæis, projectit in templum, quâ iniquitatis mercede, quia Korbanæ immitti non poterat, emunt Judæi agrum figuli, eumque vocant Αἰελδαμα, Actor. i. 19. h. e. ipso Luca interpretante, agrum sanguinis. Quod voc. Erasm. derivandum putat ex hebr. אַחֲרֵי, quod juxta ipsum fundum significat sive facultatem. Sed mavult Hotting. Lexic. heptagl. pag. 139. illud ex Arabicâ radice لَبَّا deducere, quæ terram cum herba vocare significet; Quibus posthabitatis, alii rectius Syri vestigia legunt, quippe qui verba hæc Αἰελδαμα τις κωστιον

፳፻፭፻ Chekaldemo cuius expli-

*catio est ager sanguinis.* Est enim nomen **לְקָרֵב** Chald. & Syriac. significans agrum, uti Matth. 6.30. Jos. 8.20. & passim alibi occurrit, originemque trahit ex hebreo **לְקָרֵב** partem five portionem notante, ex qua descendit fœm. Jer. 12.10. agrum etiam hebraicè significans. Formatur vero literis inter se transpositis, uti saepe in Chald. & Syriac. fieri consuetum est, v.g. pro hebr. שַׁעַר porta, dicitur Chaldaicè **תַּרְעֵשׂ** Dan. 2. ult. & Syriac. **מִצְרָא** Matth. 16. 18. it, pro hebr. מִצְרָא Dan. 5. 12. occurrit מִצְרָא interpretans, & in hac quidem nostrâ voce idem observat Samaritanorum Lingva, in qua pro more insuper gutturalis מ mutatur in ו, sic Exod. 20. 17. pro hebr. שְׁרָהו ex Deut. 5. 18. hic loci inserto, adhibet שְׁרָהו, ex quo, ut hæc obiter moneam, constare potest

potest de veritate asserti Virorum quorundam cætera do-  
 Etissimorum, qui statuunt, carere Samaritanos tribus lite-  
 ris עֲמָרָה, adeoque hâc lingvâ legem ab ipso Mose non po-  
 tuisse esse conscriptam, ceu arguit Calov. Bibl. illustr. ad  
 Ezech. 9. 4. Thilo in medulla Theol. V. T. ad l. c. & quod  
 mireris, B. Schickard. cum in Hebr. Trichter p. 22. tum in no-  
 tis sub calcem libri de jure Regio. Qui error à Benjamin. Tu-  
 delensi, cui B. Schickard. in Taar p. 28. peregrinatoris fide  
 dignissimi elogium tribuit, originem trahit. Is in itinerario  
 suo primus hanc publicè proposuit sententiam, eamque in  
 cautè accipientes, in errorem seduxit, sive cum Hanero  
 Obs. Philol. Crit. 9. inde hoc ortum putes, quod Samaritani  
 literas finales ac dilatabiles ignorent; sive cum Hotting. Ex-  
 erc. Anti-Mor. p. 38. Benjaminum de χείσαι seu legitimâ  
 gutturalium usurpatione loquentem, perperam de κήσαι  
 fuisse intellectum dicas. Pronunciationem vocis quæ con-  
 cernunt, ubi pro וְ אַתָּה & pro נִצְחָה di-  
 citur, ea ex supra adductis clara sunt, modo hic attendatur  
 ex celeb. nostri Danzii Gramm. Hebr. p. 44. antiqua voca-  
 lis (-) pronunciatio, quæ in syllabâ compositâ sonuit non  
 a purum, sed a. Ita pro Hebr. כֹּלכִּיאָךְ Auctor Epist. ad  
 Hebr. c. 7. 1. habet Μελχισδεκ, pro נֶפְתָּחִי Matth. c. 4. 15.  
 Νεφιλֵאָם &c. Aspiratio verò apud Græcos sæpe omitti-  
 tur, ut docet græcum Eva pro רְאֵה 2. Cor. 2. 3. Εὐαγγέλιον pro  
 חְמֹר Act. 7. 16. Αρμαγεδδων pro הַרמְגָּדָה Apoc. 16. 16. præ-  
 fertim cum gemina, seu potius triplex per τη̄ indigitata  
 ab illis exprimi non potuerit. Præterea conf. huc, quæ  
 de fono τῆ̄ scheva ad πελλαὶ νῦν dicta sunt pluribus.

§. XVI. Denique succedat aliud dictum Matth. 27. 33.  
 in quo consignatum videmus locum, ubi Christus cruci est  
 affixus, lingvâ hebræis tunc receptâ, γολγοθᾶ appellatum  
 fuisse, quæ in re assentiunt Mattheo Marcus cap. 15. 22. at-  
 que Johan. c. 19. 17. fateturque Beza in h. l. in omnibus ita  
 scriptum

scriptum legi codicibus. Cum verò Etymologia & forma-  
tio vocis non ubivis sit obvia , diversi ex Interpretibus in  
omnes se versarunt partes, ut ex dubio se extricarent. Va-  
tabl. in h.l. Beza & Mercerus in notis ad Santis Pagnini the-  
saurum , disertis verbis lectionem τὸ Γολγοθα rejiciunt ,  
& pro eo Golgotha legendum esse ducunt , nisi aliquot  
codicum , qui ita legunt, auctoritate: quod ipsum etiam de  
hoc loco sentit Caninius, Disquis. in locos aliquot N.T. obscu-  
riores pag. 82. Rem nonnihil faciliorē reddit in subsidi-  
um vocatus Syrus , qui verba Evangelistae: Καὶ ἐλθόντες εἰς  
τόπον λεγόμενον γολγοθᾶ ὃς ἐστι λεγόμενῳ κρανίῳ τόπῳ ,  
ita vertit : Γολγοθᾶ, Γλωττᾶ, Ḍ-λ-γ-ο-θ-ᾶ

**¶** Et venerunt in locum, qui dicitur Gogultho,  
quod vertitur Cranium. **¶** enim nomen  
status emphatici, apud Syros denotat *cranium* à rotundita-  
te sic dictum, estque à radice **¶**, quæ hebreis  
significat *volvis*, unde Syriacum nomen **¶**

*rot. Jac. 3.6. Formatio nominis optimè instituitur ad imitatio-  
nem vocis נָבֵל ex radice נָבֵל misur; si in conjugatione gravi,  
pro secunda radicali in locum Dagesch fortis transmotâ,  
statuas similem primæ, juxta Danzii Gramm. Chald. §. 45.  
II. 2. & Aditum Syriae Reclus. §. 35. II. produces נָבֵל. Et  
ita vox hæc occurrit Exod. 16. 16. Num. 1. 20. Jud. 9. 53. 2 Reg.  
9. 35. eliso nunc porrò <sup>7</sup> priori, dicitur נָבֵל, uti Syriacè Ja-  
cob. I.c. invenitur, indeq; est nomen Syriacum Emphaticum*

*Δασάς*. Nec vero inselitum prorsus est, quamvis rarius, ut ultimā abjectā, secunda retineatur, prouti hīc in grāco γολγοθā. Sunt enim in promtu similia ex Samā-

ritanismo exempla, ubi idem obtinet in hâc ipsâ voce. Sic, quando Num. 1. 20. & 22. scribitur לְגָלֹתָם, Samaritanus codex habet נַצְנָעַנָּה. Unde non est, cur Beza aliquie λ ultimum in hâc voce tam morosè poscant. Cur locus à craniis appellationem sit fortitus, in proposito est; sit nimirum, recte hoc annotante Zegero, per metonymiam, à capitibus capillis & carne nudis, quibus ex occisis corporibus abundabat, denotatque locum ubi multa crania & ossa dispersa jacent.

§. XVII. Eâdem nunc ratione ad reliqua descendendum foret, ea quæ supersunt percurrente, v. g. παντα Matth. 5. 22. οὐδεὶς Rom. 8. 15. κορμὸν Marc. 7. 11. & quod idem cum eo prorsus est, assumtâ modo terminatione græca κορμῶν Matth. 27. 6. πάγκα Matth. 26. 2. βαρύνων Matth. 16. 17. παλλή Joh. 1. 38. παλλεῖν Joh. 20. 16. παλλεῖν Marc. 10. 51. κρόας Joh. 1. 42. & alia plura. Sed cum ex hac tenus dictis abunde eluceat, quemnam is usum expectare possit ex versione Syriacâ, qui levem illius lingvæ notitiam sibi comparaverit, & egregiam istam paraphrasin lectio suâ non fuerit deditus; ut temporis chartaque rationem habeamus, subsistimus, aeterno Numini pro impertitâ nobis uberrimè gratiâ suâ dicentes cum Psalmista:

וְהִי שֵׁם יְהוָה מָכֹרֶךְ מִתְהָ וְעַד עַל־  
• • • • • • • • • • • • • • • • •

Lingvam nôsse Syri, numquis sit frugifer usus?  
Num didicisse juvet? FAVTOR, AMICE doces.  
Gratulor inde TIBI, lato qui gaudia plausu  
Tector, & ex animo prospera fata precor.

Nobilissimo Domino ALPHEYO, Doctissimo Dn.  
Auctori Respondenti, Fautoris suo, Amico ac  
Conterraneo charissimo gratulatur.

Henningus Bernhardus Witter, Hildesiens.  
Philol. Studios.

57 E 8

